Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-164106-p0001-6

Ausg. 00

Anno Dni 1584

s. R 7 29

Christianus Schroer Est legitimus defensor huius libri.

Cb. 155

Script. Rom. in Folio
N. 29.

II. 2. b. 46

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-164106-p0002-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-164106-p0003-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-164106-p0004-2

# Lucij Annei Flori Illuſtris hiſtoriographi Epitomata quattuor: qui-bus ſcite collegit: que bella Populus Romanus domi foriſq; geſſit: quibus viris & artibus imperiũ peperit: & par tũ auxit: & auctum ad ſummũ faſtigiũ: ſuis vi-ribus euertit: & euerſum tandẽ per Cę-ſarem Auguſtũ ſublimius erexit.

AD LECTOREM.

Quãuis contingas annoſum Neſtoris ęuum
Tithoni vincas ſecula longa ſenex
Tu tamen imprudens dicere puer niſi noris
Que prius acta ſient q̃ tua Clotho foret
Quo ſapias igitur puerilis inertia ceſſet
Martigenę gentis prodita geſta legas.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-164106-p0005-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-164106-p0006-3
DFG

# LVCII FLORI HISTORIOGRAPHI RERVM ROMA NARVM EPITOMA INCIPIT.

p Opulus Romanus a rege Romulo in Cęſarem Auguſtū ſeptin- D.cc. anni ab origie vrbis ad Auguſtū.
gentos per annos: tantū operū pace belloq; geſſit: vt ſi quis mag
nitudinē imperij cū annis cōferat / ętatē vltra putet. Ita late per or
bem terrarū arma circūtulit: vt qui res eius legūt: nō vnius populi: ſed ge
neris humani facta diſcant: Nam tot laboribꝰ periculiſq; iactatꝰ eſt: vt ad
conſtituendū eius imperiū: cōtendiſſe virtus & fortuna viderent̄. Quare
cū precipue hoc quoq; ſicut cętera operepretiū ſit cognoſcere. tamē quia ip
ſa ſibi obſtat magnitudo: rerūq; diuerſitas aciē intentiōis abrumpit: faciā
quod ſolēt: qui terrarū ſitus pingunt: in breui quaſi tabella totā eius ima-
ginē amplectar: nō nihil (vt ſpero) admirationi principis populi collatu-
rus / ſi pariter atq; in ſemet vniuerſam magnitudinē eius oſtēdero. Si quis
ergo po. Ro. quaſi hoīem cōſideret: totāq; eius ętatē percenſeat: vtq; adole
uerit: vt quaſi ad quendā iuuente florē peruenerit: vt poſtea velut cōſenue
rit / quattuor gradus ꝓceſſuſq; eius inueniet. Prima ętas ſub regibꝰ fuit pro Etatis partes que po. Ro. cōtigit.
pe. cc. l. per annos: quibus circū ipſam matrē ſuam cū finitimis luctatus eſt.
Hec erit eius infantia. Sequēs a Bruto Calatinoq; ↄſulibus in Appiū Clau-
diū: Quintū Fuluiū conſules. cc. annos patet: quibus Italiā ſubegit. Hoc
fuit tempꝰ viris armiſq; incitatiſſimū: ideo quis adoleſcentiā bene dixerit.
Dehinc ad Cęſarē Auguſtū. cc. l. anni quibꝰ totū orbē pacauit. Hic iam ipſa
iuuenta imperij & quaſi quedā robuſta maturitas. A Cęſare Auguſto in ſe
culū noſtrū: aut nō multo minus anni. cc. quibus inertia cęſarū quaſi cōſe-
nuit atq; decoxit / niſi ꝙ ſub Traiano principe mouet lacertos / & preter
ſpem omniū ſenectus imperij quaſi reddita iuuētute reuireſcit. Primus
ille & vrbis & imperij conditor Romulus fuit a Marte genitus & Rhea Sil Rhea Siluia.
uia. Hec de ſe ſacerdos grauida confeſſa eſt: nec mox fama dubitauit: cum
Amulij imperio abiectꝰ in profluentē cū Remo fratre non potuit extingui:
ſiquidē & Tiberinus amnē repreſſit / & relictis catulis lupa vagitū ſecuta /
vbera admouit infantibꝰ / matrēq; ſe geſſit. Sic repertos apud arborē Fauſ Fauſtulus paſtor.
tulus regis paſtor / tulit in caſam atq; educauit. Alba tunc erat latio caput /
Iuli opus / nam Lauiniū patris Aeneę contempſerat. Ab his Amulius iam Iulus Aſcaniꝰ
ſeptima ſobole regnabat / fratre pulſo Numitore / cuius ex filia Romulus. Romulus.
Igit̄ prima iuuente face / patruū Amuliū ab arce deturbat: auū reponit. Ipſe
fluminis amator & montiū / apud quos erat educatus mœnia nouę vrbis

agitabat. Gemini erãt / vter auſpicarẽt et regeret adhibuere piacula. Rhemꝰ
montẽ auentinũ / hic pallatinũ occupauit. prior ille ſex vultures / hic poſtea
ſed duodecim vidit. ſic victor augurio vrbẽ excitat / plenus ſpei bellatricẽ
fore. ita illi aſſuete ſanguini & predę aues pollicebantꝰ. ad tutelã nouę vrbis
Rhemꝰ occidit. ſufficere vallũ videbatꝰ: cuius dũ irridet anguſtias Rhemus / idqꝫ increpat
ſaltu / dubiũ an iuſſu fratris occiſus eſt. Prima certe victima fuit: munitio-
nẽqꝫ vrbis noue ſanguine ſuo cõſecrauit. Imaginẽ vrbis magis q̃ vrbẽ fece-
rat. incole deerant. erat in proximo lucus: hunc Aſylũ facit / & ſtatim mira
vis hoĩm latini / tuſciqꝫ paſtores / quidam & tranſmarini phryges: qui ſub
Aenea / Archades q ſub Euãdro duce influxerãt. Ita ex varijs q̃ſi elementis
cõgregauit corpus vnũ / populũqꝫ Romanũ ipſe fecit: res erat vniꝰ ętatis /
populus virorũ. Itaqꝫ matrimonia a finitimis petita / quia nõ impetrabantꝰ /
Sabinorũ raptus. manu capta ſunt. Simulatis quippe ludis equeſtribꝰ / virgines que ad ſpec-
taculũ venerãt / predę fure / & hec ſtatim cauſa bellorũ. Pulſi fugatiqꝫ Veien
Prima ſpolia opima. tes. Ceninenſiũ captũ ac dirutũ eſt oppidũ. ſpolia inſuper opima de rege / fe
retrio Ioui / manibꝰ ſuis rex reportauit. Sabinis prodite portę per virginẽ:
nec dolo: ſed puella pretiũ rei / quã gerebãt in ſiniſtris / petierat / dubiũ cli
peos an armillas. Illi vt & fidẽ ſoluerẽt / & vlciſcerentꝰ / eam clipeis obruere.
Ita admiſſis intra mœnia hoſtibus / atrox in ipſo foro pugna / adeo vt Ro-
mulus Iouẽ oraret / vt fędã ſuorũ fugã ſiſteret. Hic templũ eſt Statori Ioui /
Tacius rex ſabinorum. tandẽ ſeuientibꝰ. interuenere rapte / laceris comis. Sic pax facta cũ Tacio /
Fęduſqꝫ percuſſum / ſecutaqꝫ res mira dictu / vt relictis ſedibus ſuis: nouã
in vrbẽ hoſtes demigrarẽt: & cum generis ſuis auitas opes ꝓ dote ſociarẽt.
Auctis breui viribꝰ: hunc rex ſapiẽtiſſimꝰ ſtatũ reipu. impoſuit: vt iuuẽtus
Senatꝰ a Romulo cõſtitutꝰ. diuiſa per tribus / in equis & in armis ad ſubita bella excubaret. Conſilium
reipu. penes ſenes eſſet / qui ex auctoritate patres / ob ętatẽ ſenatꝰ vocabantꝰ.
His ita ordinatis / cũ repente contionẽ haberet / ante vrbẽ apud Caprę pa
ludem e cõſpectu ablatꝰ eſt. Diſcerptũ aliqui a ſenatu putãt ob aſperiꝰ inge
niũ: ſed aborta tempeſtas ſoliſqꝫ defectio / cõſecratiõis ſpecimen prebuere.
Cu mox Iulius Proculus fidẽ fecit / viſum a ſe Romulũ affirmãs auguſtio
re forma q̃ fuiſſet / mandare preterea vt ſe pro numine acciperent. Quiri-
nũ in cęlo vocari placitũ dijs: ita gentiũ Roma potiretꝰ.

## DE NVMA POMPILIO.

Numę Pompilij instituta. s VcceſſIt Romulo Numa Pompilius / quẽ curibus ſabinis agen
tem vltro petiuere / ob inclitam viri religionem. Ille ſacra &

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-164106-p0008-4

cerimonias omneq́ꝫ cultum deorum immortaliū docuit. Ille pontifices: augures: ſalios: cęteroſq́ꝫ per ſacerdotia / annū quoq́ꝫ in duodecim menſes / faſtos dies nephaſtoſq́ꝫ deſcripſit. Ille ancylia atq́ꝫ palladiū ſecreta quedam imperij pignora: Ianumq́ꝫ geminū / fidem pacis ac belli / imprimis focum Veſte virginibꝰ colendū dedit: vt ad ſimulachrū cęleſtiū ſiderū cuſtos imperij flamma vigilaret. Hec oīa quaſi monitu deę Aegerię: quo magis barbari acciperēt / eo deniq́ꝫ ferocē populū redegit / vt quod vi & iniuria occupauerat imperiū / religione atq́ꝫ iuſticia gubernaret.

## DE TVLLO HOSTILIO.

e Xcipit Pompiliū Numam Tullus Hoſtilius / cui in honorē virtutis regnū vltro datū. Hic omnē militarē diſciplinā: artēq́ꝫ bellandi condidit. Itaq́ꝫ mirū immodū exercita iuuētute / prouocare auſus Albanos: grauē & diu principē populū. Sed cū pari robore frequētibus prelijs vtriq́ꝫ cōminuerent / miſſo in cōpēdio bello Horatijs Curiatijſq́ꝫ trigeminis hinc atq́ꝫ inde fratribus / vtriuſq́ꝫ populi fata cōmiſſa ſunt Anceps & pulchra cōtentio: exituq́ꝫ ipſo mirabilis: tribus quippe illinc vulneratis hinc duobus occiſis: qui ſupererat Horatius addito ad virtutē dolo / vt diſtraheret hoſtē ſimulat fugā ſiguloſq́ꝫ prout ſequi poterāt adortus: exuperat. Sic rarū alias decus: vnius manu parta victoria eſt: quam ille mox parricidio fœdauit. Flentē ſpolia circa ſe ſponſi quidē / ſed hoſtis ſororē viderat. hunc tam immaturū virginis amorē: vltus eſt ferro. citauere leges nefas: ſed abſtulit virtus parricidiā / & facinus intra gloriā fuit. Nec diu in fide manſit Albanus. Nam Fidenati bello miſſi in auxiliū / ex fędere medij: inter duos expectauere fortunā. Sed rex callidus vbi inclinare ſe ſotios ad hoſtem videt / tollit animos quaſi ipſe mandaſſet: ſpes inde noſtris / metus hoſtibus. Sic fraus proditorū irrita fuit. Itaq́ꝫ hoſte victo: ruptorē fęderis Metiū Suffetiū religatū inter duos currus pernicibus equis diſtrahit. Albāq́ꝫ ipſam quāuis parentem / emulā tn̄ / diruit prius / cum oēs opes vrbis ipſumq́ꝫ populum Romā tranſtuliſſet / prorſus vt cōſanguinea ciuitas nō periſſe ſed in ſuum corpus rediſſe rurſus videretur.

Horatij et Curiatij.

Metij ſupplicium.

Alba diruitur.

## DE ANCO MARTIO.

a Ncus deinde Martius nepos ex filia Pompilij pari ingenio. Hic igitur & męnia muro amplexus eſt / & inter fluentē vrbi tyberinum pontē cōmiſit / hoſtiāq́ꝫ in ipſo maris fluminiſq́ꝫ confinio Coloniā poſuit. iam tum videlicet preſagiēs animo futurū / vt totius mundi opes & cōmeatus illo veluti maritimo vrbis hoſpitio reciperent.

Hoſtia Colonia.

# LIBER PRIMVS.

## DE TARQVINIO PRISCO.

T Arquinius poſtea Priſcus quãuis transmarinę originis: regnũ vltro petens accipit / ob induſtriã atq; elegantiã / quippe qui oriũdus Corintho: gręcũ ingeniũ italicis artibꝰ miſcuiſſet. Hic & ſenatus maieſtatẽ numero ampliauit / & centurijs tribꝰ auxit / quãuis Actius Nauiꝰ numerũ augeri ꝓhibebat / ſummꝰ augurio / quẽ rex in experimentũ rogauit / fieri ne poſſet / quod ipſe mente cõceperat? Ille rem expertus augurio / poſſe reſpondit: atqui hoc inquit agitabã / an cotem illã ſecare nouacula poſſem? Augur: potes ergo inquit: & ſecuit. Ille Romanis ſacer auguratꝰ. Neq; pace Tarquiniꝰ q̃ bello promptior. Duodecim nanq; Tuſcie populos frequẽtibus armis ſubegit. Et inde faſces / trabeę / curules: annuli / phalere / paludamẽta / ꝓtexta / inde ꝙ aureo curru q̃ttuor equis triumphat / toge pictę / tunicęq; palmatę / oĩa deniq; decora & inſignia / quibꝰ imperij dignitas eminet.

Tres centurie auite. Actius Nauiꝰ.

Vñ Romanoꝝ regũ inſignia.

## DE SERVIO TVLLIO.

S Eruius Tullius deinceps gubernacula vrbis inuadit. Nec obſcuritas inhibuit quãuis matre ſerua creatum. Nam ob eximiã indolem vxor Tarquinij Tanaquil liberaliter educauerat / & clarũ fore / viſa circa caput flamma / promiſerat. Ergo inter Tarquinij mortẽ admittẽte regina ſubſtitutus in locum regis / quaſi ad tempus regnum dolo partum ſic egit induſtria / vt iure adeptus videretur. Ab hoc populus Romanus relatus in cenſum / digeſtus in claſſes / curijs atq; collegijs diſtributus: ſummaq; regis ſollertia ita eſt exordinata reſpublica / vt oĩa patrimonij: dignitatis / ætatis: artiũ: offitiorũq; diſcrimina in tabulis referrent / ac ſi maxima ciuitas minime domus diligentia contineretur.

Prodigium in Seruio Tullio

Cenſus et ordo ciuitatis.

## DE TARQVINIO SVPERBO.

P Oſtremo omniũ fuit regũ Tarquinius / cui cognomẽ ſuperbus ex moribus datũ. Hic regnum auitum / quod a Seruio tenebatur / rapere maluit q̃ expectare / immiſſiſq; in eum percuſſoribus ſcelere partam poteſtatem nõ melius egit: q̃ acquiſierat. Nec abhorrebat moribus vxor Tullia / que vt virum regem ſalutaret / ſupra cruentum patrem vecta carpento / conſternatos equos egit. Sed ipſe in ſenatum cedibus: in omnes ſuperbia / que crudelitate grauior eſt bonis / graſſatus / cum ſęuitiam iam domi fatigaſſet / tandẽ in hoſtes cõuerſus eſt. Sic valida oppida in Latio capta ſunt / Ardea / Otriculũ / Gabij / Sueſſa / pometia. Tum quoq; cruentus in ſuos: neq; eñ filium verberare dubitauit / vt ſimulãti tranſfugam apud

Impia Tullia

Gabij.

hoſtes hinc fides eſſet / cui Gabijs vt voluerat recepto / atq; per nuncios cō
ſulenti quid fieri vellet? eminentia forte papauerū capita virgula excutiēs /
cum per hoc interficiendos eſſe principes intelligi vellet / que ſuperbia ſic
reſpondit: tn̄ de manubijs captarū vrbiū templū erexit: quod cum inaugu Iouis capitoli ni templū.
raret: cedentibꝰ cęteris deis (mira res dictu) reſtitere iuuentas & terminꝰ.
Placuit vatibꝰ cōtumatia numinū / ſiquidē firma oīa & ęterna pollicebant /
ſed illud horrendū: q molientibus ędem in fundamentis humanū repertū
eſt caput: nec dubitauere cuncti monſtrū: pulcherrimū imperij ſedem ca- Caput prodigioſe repertū.
putq; terrarū promittere. Tamdiu ſuperbiā regis populus Romanus per-
peſſus eſt / donec aberat libido / hāc ex liberis eius importunitatē tollerare
nō potuit / quorū cū alter ornatiſſime fęminę Lucretię ſtuprum intuliſſet / Stuprū Lucretie.
matrona dedecus ferro expiauit / imperiū tū regibꝰ abrogatū.

## ANACEPHALEOSIS DE SEPTEM REGIBVS.

h Ec eſt prima ętas populi Romani & quaſi infantia quā habuit ſub Ardens Romulus.
regibus ſeptem quadā fatorū induſtria: tam varijs ingenio / vt rei-
publicę ratio & vtilitas poſtulabat. Nam quid Romulo ardentiꝰ? tali opus
fuit / vt inuaderet regnum? quid Numa religioſius? ita res popoſcit / vt fe Religioſus Numa.
rox populus deorum metu mitigaret. Quid ille malitię artifex Tullus hoſ Bellator hoſtilius.
tilius bellatoribus viris q̄ neceſſarius? vt acueret ratiōe virtutē. Quid edifi Edificator Ancus.
cator Ancus? vt vrbem colonia extenderet: ponte iungeret: muro tueret.
Iam vero Tarquinij ornamēta & inſignia? quanta principi populo addide Priſcꝰ ornator.
runt ex ipſo habitu dignitatem? Actus a Seruio cenſus quid affecit? niſi vt Seruiꝰ ciuitatis inſtitutor.
ipſa ſe noſceret reſpublica. Poſtremo Superbi illius importuna dominatio Superbus importunus.
nōnihil immo vel plurimū profuit. ſic em̄ effectum eſt: vt agitatus iniurijs
populus cupiditate libertatis incenderetur.

## DE MVTATIONE REIPVBLICE.

i Gitr̄ Bruto Collatinoq; ducibꝰ & auctoribꝰ (quibꝰ vltionē ſui mori
ens matrona mādauerat) Populꝰ Romanꝰ ad vindicandū liberta
tis ac pudicitię decus: quodā quaſi inſtinctu deorū cōcitatꝰ / regē repēte de
ſtituit: bona diripuit: agrū Marti ſuo cōſecrat: imperiū in eoſdē libertatis
ſuę vindices trāſfert: mutato tn̄ ⁊ iudice ⁊ noīe: quippe ex ꝑpetuo annuū pla
cuit / ex ſingulari duplex: ne poteſtas ſolitudine / vel mora corrumperet.
Cōſuleſq; appellauit ꝓ regibꝰ / vt ꝯſulere ſe ciuibꝰ ſuis debere meminiſſent. Primi cōſules.
Tantūq; libertatis nouę gaudiū inceſſerat: vt vix mutati ſtatꝰ fidē caperēt:
alterūq; ex conſulibꝰ tantū ob nomē & genus regium: faſcibus abrogatis

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-164106-p0011-1

vrbe dimitterent. Itaqꝫ ſubſtitutus Valerius Publicola ex ſummo ſtudio annixus eſt / ad augendã liberi populi maieſtatẽ: nam & faſces ei pro libera contione ſubmiſit: & ius prouocatiõis aduerſus ipſos dedit / & ne ſpecie arcis offenderet / eminẽtes ędes ſuas in plana ſubmiſit. Brutus vero fauore ciuiũ / etiã domus ſue clade & parricido velificatꝰ eſt. quippe cũ ſtudere reuocandis in vrbẽ regibus liberos ſuos cõperiſſet: protraxit in forũ / & contione media / virgis cecidit / & ſecuri percuſſit: vt plane publicus parens in locũ liberoꝝ adoptaſſe ſibi populũ romanũ videret̃. Liber iã hinc po. Ro. prima aduerſus exteros arma pro libertate corripuit / mox pro finibꝰ / deinde pro ſocijs / tum gloria & imperio laceſſentibꝰ aſſidue vſquequaqꝫ finitimis / quippe cũ patrij ſoli gleba nulla eſſet / ſed ſtatim pomeriũ mediuſqꝫ inter latium & tuſcos / quaſi in quodã biuio collocatus / omnibꝰ portis in hoſtem incurreret: donec quaſi cõtagione quadã per ſingulos itum eſt / & proximis quibuſqꝫ correptis / totã Italiam ſub ſe redegerũt.

Brutus filios percuſſit.

## BELLVM HETRVSCVM CVM REGE PORSENNA.

Porſenna.

p Vlſis ex vrbe regibus / prima pro libertate arma corripuit. Nam Porſenna rex Ethruſcorũ: ingentibꝰ copijs aderat / & Tarquinios manu reducebat. Hunc tũ (quãuis & armis & fame vrgeret: occupatoqꝫ ianiculo / ipſis vrbis faucibꝰ incubaret) ſuſtinuit: repulit: nouiſſime etiã tanta admiratiõe ꝑculit: vt ſuperior vltro cũ pene victis: amicitię fœdera feriret. Tunc illa romana pericula / atqꝫ miracula / Horatius Mutius / Clœlia / que niſi in annalibꝰ forent / hodie fabule viderent̃. Quippe Horatius Cocles / poſtquã hoſtes vndiqꝫ inſtãtes ſolꝰ ſubmouere nõ poterat / põte reciſo trãſnatat Tyberim / nec arma dimittit. Mutiꝰ Sceuola / regẽ per inſidias in caſtris eiꝰ aggredit̃: ſed vbi fruſtratũ circa purpuratũ: eius ictũ tuet̃: ardentibus focis inĳcit manũ: terroreqꝫ geminat dolore. Vt ſcias inquit quẽ virũ effugeris: idẽ treceti iurauimus. Cum interim: immane dictu / hic interfectus: ille trepidaret: tanqꝫ manus regis arderet. Sic quidẽ viri. Sed ne quis ſexus a laude ceſſaret / ecce & virginũ virtꝰ. Vna ex obſidibꝰ regi data: elapſa cuſtodiã Clœlia / per patriũ flumẽ equitabat / & rex quidem tot tantiſqꝫ virtutũ territus monitis / valere liberoſqꝫ eſſe iuſſit. Tarquini tã diu dimicauerũt: donec Arontẽ filiũ regis manu ſua Brutꝰ occidit / ſuperqꝫ ipſo mutuo vulnere expirauit Plane quaſi adulterũ ad inferos vſqꝫ ſequeret̃.

Horatius Mutius Clœlia.

## BELLVM LATINVM.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-164106-p0012-7
DFG

1 Atini quocꝫ Tarquinios aſſerebāt: emulatiōe & inuidia: vt popu-
lus qui foris dominabať: ſaltē domi ſeruiret. Igiť om̄e latiū ( Mani- Manlius Tuſculanus. Regillus lacus
lio Tuſculano duce ) quaſi in regis vltionē tollit animos Apud Regilli lacū
dimicať diu marte vario / donec Poſthumiꝰ ipſe dictator ſignū: in hoſtes
iaculatꝰ eſt: nouū & inſigne cōmentū / vti petereť curſu Coſſus equitū ma
giſter exuere frenos imperauit / & hoc nouū quo acrius incurrerēt. ea atro-
citas fuit prelij: vt interfuiſſe ſpectaculo deos fama tradiderit: duos in can
didis equis Caſtorē atcꝫ Pollucē nemo dubitauit. Itacꝫ & imperator vene
ratus eſt / pactuſcꝫ victoriā templa ꝓmiſit: & reddidit ſane quaſi cōmilito
nibus deis ſtipendiū. Hactenus pro libertate: Mox de finibus cum eiſdem
Latinis aſſidue & ſine intermiſſione pugnatū eſt. Sora ( quis credat ) & Al
gidū terrori fuerūt. Satricū atcꝫ Corniculū prouintię. de Vejs & Bouillis
pudet ſi triumphauimus. Tibur nunc ſuburbanū / ęſtiuę Preneſte delitię /
nuncupatis in capitolio votis petebanť. Idem tunc Feſule: quod capre nu-
per: idē nemus Aricinū: quod Hercinius ſaltus / Fregelle / quod Geſoria-
cū: quod Tigris / ꝙd Eufrates: Coriolos quocꝫ prohpudor victos adeo
glorię fuiſſe / vt captū oppidū Cneus Martiꝰ Coriolanꝰ quaſi Numantiā Sex Antiatiū naues roſtrate
aut Affricā noīe indueret. Extant & parta de Antio ſpolia / que mœnibus
ſuggeſtu fori capta hoſtiū claſſe ſuffixit / ſi tamen illa claſſis / nam ſex fuere
roſtrate / ſed hic numerus illis initijs nauale bellū fuit. Peruicaciſſimi tamē
Latinorū equi: & Volſci fuere / & quottidiani / vt ſic dixerim. hoſtes. Sed
hos precipue Titus Quintius domuit ille dictator ab aratro / qui obſeſſa Quintius Cincinnatus.
ac pene iam capta Martij Minutij conſulis caſtra egregia virtute ſeruauit.
mediū erat forte tempus ſementis / cum patriciū virum innixū aratro ſuo /
lictor in ipſo opere deprehendit. Inde in atiem profectus: ne quid a ruſtici
operis imitatione ceſſaret / victos more pecudū ſub iugū miſit. Sic expedi-
tione finita / redijt ad boues rurſus triumphalis agricola: Fides numinū /
qua velocitate intra quindecim dies ceptum peractumcꝫ bellum: prorſus
vt feſtinaſſet dictator ad relictum opus videreť.

## BELLVM CVM ETHRVSCIS: FALISCIS: ET FIDENATIBVS.

a Sſidui vero & anniuerſarij hoſtes ab Ethruria fuere Veiētes / adeo
vt extra ordinariā manum aduerſus eos promiſerit / priuatumcꝫ
geſſerit bellum gens vna Fabiorū: ſatis ſupercꝫ idonea clades / ceſi apud Fabioꝝ cedes.
Cremerā trecenti & ſex: patricius exercitꝰ / & ſcelerato ſignatur noīe / que

proficiſcentes in preliū porta dimiſit. ſed ea clades ingentib⁹ expiata victo-
rijs. poſtq̄ per alios atq; alios duces robuſtiſſima capta ſunt oppida / vario
Faliſci Fidenates Veientes
quidē euentu. Faliſci ſe ſpōte dediderūt. Cremati ſuo igne Fidenates: Rap
ti funditus deletiq; Veientes. Faliſci cū obſiderent̄ / mira viſa eſt fides impe
ratoris / nec immerito / q; ludimagiſtrū / vrbis proditorē: cū his: quos ad
duxerat pueris: vinctū ſibi vltro remiſiſſet. Eamq; nāq; furius Camillus
vir ſanctus & ſapiēs ſciebat verā eſſe victoriā: que ſalua fide & integra dig-
nitate pararet̄. Fidene quia pares nō erant ferro / ad terrorē mouendū faci-
bus armate / & diſcolorib⁹ ſerpentū in modū vitis furiali more ꝓceſſerant:
ſed habit⁹ ille feralis euerſionis omen fuit. Veientiū quāta res fuerit indicat
decennis obſidio. Tunc primū hyematū ſub pellibus ( taxata ſtipendio hi-
berna ) adactus miles ſua ſponte iureiurādo ( niſi capta vrbe ) nō remeare:
ſpolia de Laerte Tolūnio rege ad feretriū reportata. deniq; nō ſcalis / nec ir
ruptione: ſed cuniculo & ſubterraneis dolis peractū vrbis excidiū. ea deni-
Veioꝝ direptio
q; viſa eſt prede magnitudo / vt ei⁹ decime Apollini phytio mitterent̄ / vni
uerſuſq; po. Ro. ad direptionē vrbis vocaret̄. Hoc tunc Veientes fuere / nūc
fuiſſe quis meminit? que reliquię? quodq; veſtigiū? laborat annaliū fides /
vt Veios fuiſſe credamus.

## BELLVM GALLICVM.

h Inc ſiue inuidia deū: ſiue fato: rapidiſſim⁹ procurrētis imperij cur
ſus / parumper Gallorū ſenonū incurſione ſupprimit̄. Quod tem-
Senonicū bellum.
pus po. Romano neſcio vtrū clade funeſtius fuerit / an virtutis experimētis
ſpetioſius. Ea certe fuit vis calamitatis / vt in experimentū illatā putē diui
nitus ſcire volētibus immortalib⁹ dijs: an romana virtus imperium orbis
mereret̄. Galli Senones gens natura ferox: morib⁹ incondita: ob hoc ipſa
corporū mole: perinde ac armis ingentib⁹. adeo oīni genere terribilis fuit:
vt plane nata ad hominū interitū: vrbiū ſtragē videret̄. Hi quondā ab vlti
mis terrarū oris cū cingerent̄ oīa oceano / ingenti agmine profecti: cū iam
media vaſtaſſent: poſitis inter alpes & Padū ſedibus: ne his quidē cōtenti
Cluſium.
per Italiā vagabant̄. Tum Cluſiū oppidū obſidebāt. Pro ſotijs ac fęderatis
po. Ro. interuenit. Miſſi ex more legati: ſed quod ius apud barbaros? fero
tius agunt: mouēt exinde certamen. Conuerſis igit̄ a Cluſio: Romāq; ve-
Nō ꝯſul ſed tribun⁹ militaris.
nientibus: ad Alliā flumē. cū exercitu Fabius conſul occurrit: non Creme
re fędior clades. Itaq; hunc diē faſtis Roma mandauit. Fuſo exercitu iam
mœnibus vrbis appropinquabāt. Erant nulla preſidia. Tum igit̄ aut nunq̄

alias apparuit vera illa romana virtus. Iam pridem maiores natu ampliſſi-
mis vſi honoribus in forum coeunt: ibi deuouente pontifice: dijs ſe mani-
bus conſecrant / ſtatimq; in ſuas quiſq; ędes regreſſi / ſicut in trabeis erant:
& ampliſſimo culto: in curulibus ſellis ſeſe poſuerunt / vt cum veniſſet hoſ
tis in ſua dignitate morerentur. Pontifices & flamines quicquid religioſiſ- Sacra romanorum.
ſimi in templis erat: partim in dolijs de foſſa terra recondunt / partim im-
poſita plauſtris ſecum auferunt. Virgines ſimul ex ſacerdotio Veſte: nudo
pede fugientia ſacra comitantur: tamē excepiſſe fugientes vnus e plebe fer Veſtales
tur Albinus qui depoſitis vxore & filijs: virgines in plauſtrū recepit. adeo Albinus
tum quoq; in vltimis religio publica priuatis affectib⁹ antecellebat. Iuuen
tus vero: quā ſatis conſtat vix mille hominū fuiſſe: duce Manlio arcem ca
pitolini montis inſedit / obteſtata ipſum quaſi preſentē Iouem: vt quemad
modū ipſi ad defendendū templū eius cōcurriſſent / ita ille virtutē eorū nu-
mine ſuo tueretur. Aderant interim Galli: apertāq; vrbem primo trepidi /
nec qui ſubeſſet dolus / mox vbi ſolitudinē vidēt / pari clamore & impetu
inuadunt: patentes paſſim domos adeunt: vbi ſedentes in curulibus ſuis
pretextatos ſenes / velut deos genioſq; venerati / mox eoſdē poſtq̄ eſſe ho
mines liquebat / alioquin nihil reſpōdere dignitates. pari vecordia mactāt:
faceſq; tectis inijciūt: & totā vrbē igne ferro manib⁹ exequāt. Sex menſib⁹
barbari (quis crederet) circa montē vnū pependerūt: nec dieb⁹ modo: ſed
noctib⁹ oīa experti / cū tamen Manlius nocte ſubeuntes clangore anſeris Manlij factum
excitatus a ſumma rupe deiecit / & vt ſpem hoſtib⁹ demeret / quanq̄ in ſum
ma fame / tamē ad ſpem fiducię panes ab arce iaculatus eſt. Et ſtato quodā
die per medias hoſtiū cuſtodias Fabiū pontificē ab arce demiſit: qui ſolen Fabij religio.
ne ſacrum in quirinali monte cōficeret. Atq; ille per media hoſtium tela in-
columis religionis auxilio redijt: propitioſq; deos renunciauit. Nouiſſime
cum iam obſidione ſua barbaros fatigaſſet / mille pondo auri receſſum ſuū
vendicantes: Idq; ipſum per inſolentiā cū ad iniqua pondera addito adhuc
gladio / ſuperbe victos increparēt / ſubito aggreſſos a tergo Camill⁹ adeo Camillus.
cecidit: vt oīa incendiorū veſtigia Gallici ſanguinis inundatione deleret.
Agere gratias dijs immortalibus: pro ipſo tantę cladis noīe libet: paſtorū
caſas ignis ille et flamma paupertatē Romuli abſcōdit. Incendiū illud quid
egit aliud? niſi vt deſtinata hominū ac deorū domicilio: ciuitas nō deleta:
nō obruta: ſed expiata poti⁹ & illuſtrata videat̄. Igit̄ poſt aſſertā a Manlio:
reſtitutā a Camillo vrbē: acrius etiā vehemētiuſq; in finitimos reſurrexit.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-164106-p0015-3

Ac primū omniū illam ipſam gallicā gentē nō contentus mœnibꝰ expuliſſe: cum per Italiā naufragia ſua latiꝰ traheret/ ſic perſecutꝰ eſt (duce Camillo) vt hodie nulla Senonū veſtigia ſuperſint. Semel apud Anienē trucidati/ cū ſingulari certamine Manlius aureū torquē barbaro inter ſpolia detraxit: inde Torquati. iterū Pontino agro cū in ſimili pugna Lutius Valerius in ſi dente galeę coruo alite adiutus rettulit ſpolia / & inde Coruini. Necnon tū poſt aliquot annos omnes reliquias eorū in Ethruriā ad lacum vadimonis Dolobella deleuit / ne quis extaret in ea gente / qui incenſam a ſe Romam vrbem gloriaretur.

Torquati cognomen.

Coruini cognomen.

## BELLVM LATINVM.

c Onuerſus a Gallis in Latinos Manlio Torquato: Decio Murena cōſulibꝰ/ ſemper quidē emulatiōe imperij & magiſtratuū infeſtos / tum vero cōtemptu vrbis incenſę / cū ius ciuitatis / partē imperij ac magiſtratuū poſcerēt / pari imperio. Atq; iam amplius q̄ congredi auderēt quo tempore quis ceſſiſſe hoſtē mirabit᷑? cū alter conſulū filiū ſuū (quia contra imperiū pugnauerit) quāuis victorē / occiderit / quaſi plus in imperio eēt / q̄ in victoria. Alter quaſi monitu deoꝝ capite velato primum ante aciē dijs manibus ſe deuouerit / vt in confertiſſima ſe hoſtiū tela iaculatus / nouum ad victoriā iter ſanguinis ſui ſemita aperiret.

Manlius filiū occidit.

Deciꝰ ſe deuouet.

## BELLVM SABINVM.

a Latinis aggreſſus eſt gētem Sabinorū / qui immemores facte ſub Tito Tacio affinitatis / quodā cōtagio belli ſe Latinis adiunxerūt: Sed Curio Dentato cōſule: omnē eum tractum quā Nar ambit / fonteſq; Velini adriattico tenus mari / igne ferroq; vaſtauit / qua victoria tantum hominū: tantum agrorū redactū in poteſtatē / vt in vtro plus eſſet: ne ipſe poſſet exiſtimare / qui vicerat.

Sabinoꝝ fines

## BELLVM SAMNITICVM.

p Recibus deinde Campanię motus / nō ꝓ ſe / ſed quod eſt ſpecioſiꝰ ꝓ ſocijs Samnites inuadit. Erat fędus cū vtriſq; ꝑcuſſum / ſed hoc Campani ſanctius / & prius oīm ſuoꝝ deditione fecerūt. Sic ergo romanus bellū Samniticū tanq̄ ſibi geſſit. Omniū nō modo Italia: ſed toto orbe terrarū pulcherrima Campanię plaga eſt: nihil mollius cęlo / deniq; bis flori bus vernat / nihil vberius ſolo / ideo Liberi ceteriſq; certamen dicit᷑ / nihil hoſpitalius mari. Hic illi nobiles portus Caieta: Miſenus: & tepentes fonti bus Baię / Lucrinus / & Auernꝰ quedā maris otia. Hic amicti vitibꝰ mōtes

Cāpanie laus.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-164106-p0016-9

Gaurus Falernus / Maſſicus: & pulcherrimꝰ omniũ Veſeuus ęthnei ignis imitator. Vrbes ad mare Formie Cume: Puteoli / Neapolis Herculaneũ / Pompei / & ipſa caput vrbiũ Capua: quondã inter tres maximas Romam Carthaginẽq; numerata. Pro hac vrbe his regionibꝰ. P.R. Samnites inua Samnitꝰ opes
ſit: gentẽ ſi opulentiã queras / aureis & argenteis armis / diſcolori veſte vſq; ad ambitũ armatã. Si fallatiã: ſaltibꝰ fere & montiũ fraude graſſantẽ. Si ra biem ac furorẽ / ſacratis legibꝰ / humaniſq; hoſtijs in exitiũ vrbis agitatã. Si pertinatiã / ſexies rupto fędere cladibuſq; ipſis animoſiorẽ. Hos tñ quin Att. quotiẽs de Samnitibꝰ tri
quaginta annis per Fabios & Papirios patres / eorũq; liberos ita ſubegit umphatũ.
ac domuit / ita ruinas ipſas vrbiũ diruit / vt hodie Samniũ in ipſo Samnio requirat̃: nec facile appareat materia quattuor & viginti triũphorũ / maxi me tñ nota & illuſtris ex hac gente clades apud Caudinas furcas: Veturio Caudina cla
Poſthumioq; cõſulibus accepta eſt / clauſo eñi per inſidias intra eũ ſaltũ ex des.
ercitu: vnde nõ poſſet euadere / ſtupẽs occaſione tãta / dux hoſtiũ Poncius Herenniũ patrẽ cõſuluit / & ille mitteret oẽs vel occideret / ſapiẽter vt ſeni or ſuaſerat: hic armis exutos mittere ſub iugũ maluit / vt nec amici forent benefitio / & poſt flagitiũ hoſtes magis. Itaq; & cõſules magnifice volunta ria deditione turpitudinẽ fęderis dirimũt / & vltionẽ flagitãs: miles Papi- rio duce: horribile dictu / ſubiectis enſibꝰ per ipſam viã ante pugnã furit & in cõgreſſu arſiſſe oĩm oculos hoſtis auctor fuit. nec prius finis cedibus da- Romanoꝝ ocu
tus q̃ iugũ & hoſtibus & duci capto repoſuerunt. li in acie arſere.

## BELLVM HETRVSCVM SAMNITICVM.

h Actenus P. R. cum ſingulis gentiũ: mox aceruatim. tñ ſic quoq; par oĩbus / Ethruſcorũ. xij. populi in id tempus intacti / antiquiſ ſimus Italię populus Samnitiũ / reliqui in excidiũ romani nois repẽte con- iurãt. Erat terror ingens / tot ſimulq; tantorũ populorũ. A latere Ethrurię infeſta quattuor agminũ ſigna volitabãt. Geminiꝰ interim ſaltus in medio Geminiꝰ ſaltus
ante inuius / plane quaſi Calydonius vel Hercinius: adeo tũc terrori erat / vt ſenatus cõſuli denunciaret / ne tñ periculi ingredi auderet. Sed nihil ho- rum terruit ducẽ / quin fratre premiſſo exploraret acceſſus / ille per noctẽ paſtorio habitu ſpeculatꝰ oĩa refert. Tum ſic Fabius maximꝰ periculoſiſ ſimũ bellũ periculo explicauit. Nam ſubito incõditos atq; palantes aggreſ ſus eſt / captiſq; ſuperioribꝰ iugis in ſubiectos ſuo more detonuit. Ea nanq; ſpecies fuit illiꝰ belli quaſi in terrigenas e cęlo ac nubibꝰ tela mitterent̃ / nec incruenta tamen illa victoria. Nam oppreſſus in ſinu vallis alter conſulum

*Decius ſe deuouet.*

Decius. More patrio deuotum dijs manibus obtulit caput / ſolenneq; familię ſuę cõſecrationem in victorię pretium redegit.

## BELLVM TARENTINVM ET CVM PYRRHO REGE

S Equit̃ bellũ Tarentinũ / vnũ quidẽ titulo & noĩe / ſed victoria multiplex / hoc enĩ campanos / Apulos / atq; Lucanos / & caput belli Tarentinos / idẽ totã Italiã / & cum iſtis oĩbus Pyrrhũ clariſſimũ Gręcię regem : vna veluti ruina pariter inuoluit / vt eodẽ tp̃e & Italiã cõſumaret / & tranſmarinos triumphos auſpicaret̃.

*Tarenti laus.*

Tarentũ etiã Lacedemoniorũ opes : Calabrie quondã & Apulię totiuſq; Lucanię caput / Tum magnitudine & muris / portuq; nobili / tum mirabili ſitu / quippe in ipſis adriatici maris faucibus poſita / in oras noſtras Hiſtriã / Illiricũ / Epyrũ / Achaiã / Affricã : Siciliã vela dimittit. Imminet portui ad proſpectũ maris poſitũ vrbis theatrum / quod quidẽ cauſa miſeræ ciuitati fuit omniũ ſuarum calamitatum :

*Tarentinorum iniurie.*

Ludos forte celebrabat / cum remigãtes littori romanas claſſes inde vidẽt : atq; hoſtem rati emicant / ſine diſcrimine inſultant. Qui aũt aut vnde Romani nec ſatis norant / aderat ſine mora querelã ferens legat⁹. Hunc quoq; fędius per obſcenã turpeq; dictu cõtumeliã violãt. Ex hinc bellũ / ſed apparat⁹ horribilis cũ tot ſimul populi ꝓ Tarẽtinis cõſurgerẽt / oĩbuſq; vehementior Pyrrh⁹ qui ſemigręcã ex Lacedemonijs cõditoribus ciuitatẽ vendicaturus / cũ totius virib⁹ Epyri / Theſſalię : Macedonię / incognitiſq; in id temp⁹ elephãtis : mari : terra : viris / equis : armis : addito inſuper ferarũ terrore veniebat. Apud Heracleã & campanię fluuium Lirim Leuino conſule : prima pugna : que tam atrox fuit : vt Ferentanę turmę prefectus inuectus in regẽ : turbauerit / coegeritq; ꝓiectis inſignibus prelio excedere. Factũ erat / niſi elephanti conuerſi in ſpectaculum belli procurriſſent / quorum tum magnitudine : tum deformitate & nouo colore ſimul ac ſtridore conſternati / qui cũ incognitas ſibi belluas amplius q̃ erant ſuſpicarent̃ : fugã ſtrageq; late dederũt.

*Pyrrh⁹ apud Aſculum pene motus.*

In Appulia deinde apud Aſculũ melius dimicatũ eſt Curio Fabritioq; conſulibus. Iam quippe belluaꝝ terror exoleuerat : & Caius Minutius quarte legionis haſtat⁹ / vnius promuſcide abſciſſa mori poſſe belluas oſtenderat / itaq; & in ipſas pila congeſta ſunt / & in turres vibratę faces / tota hoſtium agmina ardentibus ruinis operuerunt. Nec ante cladi finis fuit / q̃ nox dirimeret / poſtremuſq; fugientiũ. ipſe rex a ſatellitibus humero ſautius in armis ſuis referretur. Lucaniæ ſuprema pugna ſub Aruſinis quos vocãt campis / ducib⁹ iiſdẽ : qui ſuperi⁹ / & tũc tota victoria /

exitū quē datura virtus fuit / caſus dedit. Nam ꝓductis in primā atiem rurſus elephātis: vnū ex his pullum adacti in caput teli grauis ictus auertit / qui cū per ſtragē ſuorū percurrens ſtridore quereret / mater agnouit / & quaſi vindicare exſiluit / tum oīa circa quaſi hoſtilia graui timore permiſcuit: ac ſi eedē fere que primā victoriā abſtulerāt: ſecundā parē fecere: tertiā ſine cōtrouerſia tradidere. Nec vero tantū armis & in campis / ſed cōſilijs quoq; & domi & intra vrbē cū rege Pyrrho dimicatū eſt. Quippe poſt primam victoriā rex callidus: intellecta virtute romana ſtatim diſperauit armis / ſeq; ad dolos cōtulit. Nam interemptos cremauit / captiuoſq; indulgenter habuit: & ſine pretio reſtituit. Miſſiſq; deinde legatis in vrbē / omni modo adnixus eſt / vt in amicitiā reciperet. Sed bello & pace / foris & domi omnē in partē Romana virt⁹ tum ſe ꝓbauit / nec alias magis q̄ Tarētina victoria oſtēdit populi ro. fortitudinē: ſenat⁹ ſapientiā / ducū magnanimitatē. qui nā illi fuerūt viri quos ab elephātis primo prelio obrutos accepim⁹: oīm vulnera in pectore: quidā hoſtibus ſuis immortui / oīm in manib⁹ enſes / & relictę in vultib⁹ mine / & in ipſa morte ira viuebat / quod adeo Pyrrhus mirat⁹ eſt / vt diceret. O q̄ facile erat orbis imperiū occupare / aut mihi romanis militib⁹ / aut me rege romanis. Que aūt eorū / qui ſuperfuerūt in reparando exercitu feſtinatio? cū Pyrrhus Video me inquit plane Herculis ſidere procreatū: cui quaſi ab angue Lerneo: tot ceſa hoſtiū capita de ſanguine ſuo renaſcunt? Qui aūt ille ſenatus fuit? cū perorante Appio cęco: pulſi cū muneribus ſuis ab vrbe legati Interrogati a rege ſuo quid de hoſtiū ſede ſentirēt? Vrbē templū ſibi viſum / ſenatum regnū eſſe confiterent / quales porro ipſi duces vel in caſtris? cū medicū venale regis Pyrrhi caput adferentē Curius remiſit. Fabritius oblatā ſibi a rege imperij partē repudiauit. Vel in pace / cū Curius fictilia ſua Samnitico preferret auro. Fabrici⁹ decē pondo argēti circa Ruffinū coſularē virū / quaſi luxuriā / cenſoria grauitate damnaret. Quis ergo mireť his morib⁹ / virtute militū / victorē populū Romanū fuiſſe? Vnoq; bello Tarētino intra quadrienniū maximā partē Italię / fortiſſimas gētes / opulētiſſimas vrbes / vberrimaſq; regiones in ditionē redegiſſe? Aut quid adeo fidē ſuperet? qm̄ ſi principia belli cū exitu cōferant / victor primo prelio Pyrrhus totā trementē Italiā: Campaniam / Lirim: Fregellaſq; populat⁹ / ꝓpe captā vrbē a Preneſtina arce ꝓſpexit / & a vigeſimo lapide oculos trepidę ciuitatis fumo ac puluere impleuit. Eodē poſtea bis exuto caſtris / bis ſaucio / & in Grętiā ſuā trans mare ac terras

*Pyrrhi ars ferro ſuperandis.*

*Atten. vocem Pyrrhi.*

*Romanorum laudes.*

*Tarentinū bellum.*

*Quouſq; Pyrrhus ꝓceſſerit.*

fugato: pax ⁊ qes/ et tāta adeo de opulētiſſimis tot gētibꝰ ſpolia/ vt victoriā ſuā Roma nō caperet. Nec emī vllus pulchrior in vrbe: aut ſpecioſior triumphꝰ intrauit. Cū ante hūc diē nihil niſi pecora Volſcorū: greges Sabinorū: carpēta Gallorū: fracta Samnitū arma vidiſſet. Tum ſi captiuos aſpiceres: Moloſſi / Theſſali: Macedones: Bruttiꝰ: Apulus: atqꝫ Lucanꝰ: Si pompas: aurū: purpura: ſigna: tabulę: tarētinęqꝫ delitię. Sed nihil libētius populus romanꝰ aſpexit q̄ illas quas timuerat cū turribꝰ ſuis belluas: que non ſine ſenſu captiuitatis: ſummiſſis ceruicibꝰ victores equos ſequebant̄.

Elephāti capti

## BELLVM PICENTE.

o Mnis mox Italia pacē habuit. Quid emī poſt Tarentum auderent? niſi ꝙ vltro perſequi ſocios hoſtium placuit. Domiti ergo picentes: ſed caput gentis Aſculum Sempronio duce / qui tremente inter preliū campo / Tellurem deam promiſſa ęde placauit.

Ædes Telluri vota.

## BELLVM SALENTINVM.

s Alentini Picentibus additi / caputqꝫ regionis Brunduſium inclito portu/ Marco Attilio duce/ & in hoc certamine: victorię pretium/ templum ſibi paſtoria Pales vltro popoſcit.

Pales dea.

## BELLVM VVLSINENSE.

p Aſtremi Italicorū in fide manſere Vulſini opulētiſſimi Ethruſcorꝝ: implorantes opem aduerſus ſeruos quondā ſuos / qui libertatem a dominis datam: in ipſos erexerāt/ tranſlataqꝫ in ſe republica dominabant̄. Sed hi quoqꝫ duce Fabio Gurgite pęnas dederunt.

Fabiꝰ Gurges.

## DE SEDITIONIBVS.

h Ec eſt ſecunda ętas populi Romani: & quaſi adoleſcētia: qua maxime viruit: & quodam flore virtutis exarſit ac fremuit. Itaqꝫ quedam adhuc ex paſtoribus feritas: quiddam ſpirabat indomitum. Inde eſt ꝙ exercitus Poſthumium imperatorem: inficiantem quas promiſerat predas: facta in caſtris ſeditiōe: lapidauit. Q› ſub Appio Claudio noluit vincere hoſtem: cum poſſet. Q› duce Valerio Nerone detractantibus pleriſqꝫ militiam: fracti conſulis faſces. Inde ꝙ clariſſimos principes: ꝙ aduerſarentur voluntati ſuę / exulatione mulctauit. vt Coriolanum colere agros iubentem: nec minus ille security iniuriam armis vindicaſſet / niſi ꝙ iam inferentem ſigna filium: mater Veturia lachrymis ſuis exarmauit: Vt ipſum Camillū ꝙ inique inter plebem & exercitum diuiſiſſe Veientē predā videret̄. Sed hic melior: obſeſſis in capta vrbe cōſuluit/ & mox ſupplices de

Poſthumiꝰ in caſtris lapidatus.

Coriolanus.

hoſte Gallo vindicauit. Cũ ſenatu quoq; de equo bonoq; certatũ eſt / adeo vt relictis ſedibꝰ / ſolitudinẽ & interitũ patrię ſuę minarent.

p Rima diſcordia ob impotentiã feneratorꝝ / quibꝰ in terga quoq; ſeruiliter ſęuientibꝰ: in ſacrũ montẽ plebs armata ſeceſſit / ęgreq; ( nec niſi tribunꝰ impetraſſet ) Menenij Agrippe facũdi & ſapiẽtis viri auctoritate reuocata eſt. Extat orationis antiquę ſatis efficax / ad concordiã fabula / qua diſceſſiſſe inter ſe quondam humanos dixit artus / ꝙ omnibus opere fungentibus / ſolus venter immunis ageret / deinde moribundos a ſe iunctione rediſſe in gratiam / quãdo ſenſiſſet ꝙ eius opera / redactis in ſanguinem cibis / irrigarentur. Prima ciuitatꝭ diſcordia.

s Ecundã in vrbe decemuiratꝰ libido cõflauit: allatas a Grętia leges / decẽ principes electi iubente populo cõſcripſerant: ordinataq; erat in. xij. tabulis tota iuſticia. Cum tamẽ traditos faſces regio quodã furore retinebant. Ante cęteros Appius eo inſolentię elatus eſt / vt ingenuã virginẽ ſtupro deſtinaret / oblitus & Lucretię / & regũ / & iuris: quod ipſe cõpoſuerat. Itaq; cum oppreſſam iudicio filiã trahi in ſeruitutem videret Virginiꝰ pater: nihil cunctatus in medio foro manu ſua interfecit: admotiſq; ſignis commilitonũ / totam eam dominationẽ obſeſſam armis in carcerem & cathenas ab Auentino monte detraxit. Secunda ciuit. diſcordia.

TERTIA SEDITIO.

t Ertiam ſeditionem excitauit matrimoniorũ indignitas / vt plebei cum patricijs iungerentur / qui tumultus in monte Ianiculo / duce Canuleio tribuno plebis exarſit. Tertia diſcordia.

q Vartã honorꝝ cupido / vt plebei quoq; magiſtratꝰ crearent. Fabiꝰ Ambuſtus duarũ pater: alterã Sulpitio patricij ſanguinis dederat / alterã plebeio Stoloni: quodã tpe: ꝙ lictorię virgę ſonũ ignotũ pęnatibus ſuis expauerat: a ſorore ſatis inſolenter irriſa: iniuriã nõ tulit. Itaq; nactus tribunatũ: honorũ & magiſtratuũ conſortiũ quãuis inuito ſenatu extorſit. Quarta ſeditio

Verũ in hiſ ipſis ſeditionibꝰ principẽ populũ nõ immerito ſuſpexeris. Siqui dẽ nunc libertatẽ / nunc pudicitiã. Tum nataliũ dignitatẽ / honorũ decora & inſignia vindicauit. Inter omĩa hęc nullius acrior cuſtos q̃ libertatis fuit / nullaq; in pretiũ eius potuit largitiõe corrumpi / cũ ( vt in magno & indies maiore populo ) interim pernicioſi ciues exiſterẽt. Caſſiũ largitione / agraria lege ſuſpectum regię dñationis preſenti morte mulctauit. Ac de Spurio quidẽ ſupplitiũ pater ipſiꝰ ſumpſit. Hunc Quintij dictatoris imperio in medio foro magiſter equitum Seruilius Hala confodit. Manliũ vero capitolij Sp. Caſſius. Manlius capitolinus.

vindicē / quia pleroſqꝫ debitorū liberauerat / altius ſe & inciuilius efferentem / ab illa quā defenderat arce deiecit. Talis domi ac foris / talis pace belloqꝫ po. Ro. ſtatum illū adoleſcentię: id eſt ſecundā imperij ętatem habuit / in qua totam inter alpes fretumqꝫ Italiam armis ſubegit.

Finis Primi Libri.

## LVCII FLORI EPITOMATIS LIBER SECVNDVS.

Proceſſꝰ romani populi.

DOmita ſubactaqꝫ Italia po. Ro. prope quingenteſimū annū agēs / cū bona fide adoleuiſſet / ſi q̄d eſt robur / ſi qua iuuentus / tū ille vere robuſtus & iuuenis & par orbi terrarū eſſe cępit. Ita mirū & incredibile dictu / qui ꝓpe quingentis annis domi luctatꝰ eſt (adeo difficile fuerat dare Italię caput) his ducētis annis qui ſequunt̄ / Affricā: Europam / Aſiā / totū deniqꝫ orbē terrarū bellis victorijſqꝫ peragrauit.

## PRIMVM BELLVM PVNICVM.

IGitur victor Italię populus. cū a terra fretū vſqꝫ veniſſet (more ignis / qui obuias populatꝰ incendio ſiluas / interueniēte flumine abrumpit̄) pauliſper ſubſtitit. Mox cū videret opulentiſſimā in proximo predā quodammodo Italię ſuę abſciſſam / & quaſi reuulſam / adeo cupiditate eius exarſit / vt quatenꝰ nec mare iungi / nec pontibꝰ poſſet / armis belloqꝫ iungēda / & ad continentē ſuū reuocāda bello videret̄. Sed ecce ſe vltro ipſis viā pandentibꝰ fatis nec occaſio defuit: cū de Penorū impotētia: fęderata

Meſſana ciuitas. Romani in Siciliā traijciunt.

Sicilię ciuitas Meſſana q̄reret̄. Affectabat aūt vt romanꝰ: ita Penus Siciliā / & eodē tp̄e paribꝰ vterqꝫ votis ac viribꝰ imperiū orbis agitabat. Igit̄ ſpecie quidē ſocios iuuādi: re aūt ſollicitante preda: quanq̄ territaret nouitas rei / tanta tū in virtute fiducia eſt: vt ille rudis: ille paſtoriꝰ populus / vereqꝫ terreſtris oſtēdit nihil intereſſe virtutis: equis an nauibꝰ / terra an mari dimicaret̄. Appio Claudio cōſule: primū fretū tum ingreſſus eſt fabuloſis infame monſtris ęſtuqꝫ violentū: ſed adeo nō eſt exterritꝰ / vt ipſam illā ruentis

Hiero vincit.

ęſtus violentiā pro munere amplecteret̄: ſtatimqꝫ ac ſine mora Hyeronem Syracuſanū regē tanta celeritate vicit / vt ipſe ille ſe prius victū / q̄ hoſtē videret / fateret̄. Duellio Cornelioqꝫ cōſulibus etiā mari cōgredi auſus eſt / cum quidē ipſa velocitas claſſis comparate auſpitiū fuit. Intra eñ ſexageſi-

Claſſis.

mum diem: q̄ ceſa ſilua fuerat. c. lx. nauiū claſſis in anchoris ſtetit: vt nō arte facte: ſed quodā munere deorū conuerſę naues / atqꝫ mutate arbores viderentur. Prelij vero fama mirabilis: cum illas celeres volucreſqꝫ hoſtium

naues / hę graues tardeqꝫ cõprehenderent: longe illis nauticę artes / detor=
quere remos / & ludificari fuga roſtra. Iniectę eñ ferreę manus / machinęqꝫ
alię / ante certamen multũ ab hoſte deriſe / coactiqꝫ hoſtes quaſi in ſolido
decernere. Victor ergo apud Liparas merſa & fugata hoſtiũ claſſe / primũ
illum maritimũ egit triumphũ: cuius quod gaudiũ fuit / cũ Duellius impe **Duellius.**
rator nõ contentus vnius diei triũpho / per vitam omnẽ / vbi a cęna rediret
prelucere funalia / precinere ſibi tibias iuſſit: quaſi quottidie triumpharet.
pro tanta huius victoria: leue huius prelij damnũ fuit. Alter conſulũ inter=
ceptus Aſina Cornelius / qui ſimulato colloquio euocatus atqꝫ oppreſſus
fuit: perfidie Punice documentum. Calatino dictatore fere omnia pre=
ſidia Penorum / Agrigẽto / Drepano: Panormo: Erice / Lilybeo detraxit.
trepidatũ eſt ſemel circa Cameriensiũ ſaltum: ſed eximia virtute Calfurnij **Calfurnius Flamma.**
Flammę tribuni militũ euaſimus: qui lecta.ccc. manu infeſtum & inſeſſum
ab hoſtibus tumulum occupauit: adeoqꝫ moratus hoſtes / dum exercitatꝰ
omnis euaderet: ac ſi pulcherrimo exitu termopilarũ & Leonide famã ade
quauit. Hoc illuſtrior noſter ꝙ expeditioni tantę ſuperfuit & ſuperuixit / li
cet nihil ſcripſerit ſanguine. Lucio Cornelio Scipione cũ iam Sicilia ſubur
bana eſſet populi romani ꝓuintia: ſerpẽte latius bello: Sardiniã annexãqꝫ
ei Corſicã tranſijt / vbi & hic Caralę vrbis excidio incolas terruit / adeoqꝫ
oĩs terra mari Penos expugnauit / vt iã victorię nihil niſi Affrica ipſa reſta
ret. M. Attilio Regulo duce iam in Affricã nauigabat bellũ: nec deerãt /
qui ipſo Punici maris noĩe ac terrore deficerent. Augente inſuper tribuno
Mannio metũ / in quẽ / niſi paruiſſet: ſecuri diſtricta imperator metu mortis
nauigãdi fecit audatiã: mox de ventis remiſqꝫ properatũ eſt / tantuſqꝫ ter=
ror hoſtici aduentus Penis fuit / vt apertis pene portis Carthago caperet. **Romani in Affricã traijciũt.**
Belli prima premiũ fuit ciuitas Clypea / Prima eñ a Punico littore quaſi
arx & ſpecula ꝑcurrit. Et hęc &.ccc. amplius caſtella vaſtata ſunt. Nec cum
hominibꝰ: ſed cũ monſtris quoqꝫ dimicatũ eſt. Cũ quaſi in vindictã Affri
cę nata mire magnitudinis ſerpens / poſita apud Bragadã: caſtra vexaret.
Sed omniũ victor Regulus / cum terrorem nominis ſui late circumtuliſſet /
cumqꝫ magnã vim iuuentutis duceſqꝫ ipſos aut cępiſſet: aut haberet in vin
culis / claſſemqꝫ ingenti preda honuſtam & triumpho grauẽ in vrbem pre
miſiſſet / etiam ipſam caput belli Carthaginem vrgebat obſidione / ipſiſqꝫ
portis inherebat. Hic paulum circumacta fortuna eſt tantum / vt plura
deeſſent Romanæ vrbis inſignia / cuius fere magnitudo calamitatibus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-164106-p0023-8
DFG

Xantippus. approbat̄. Nā cōuerſis ad externa auxilia hoſtibꝰ: cū Xantippū illis ducē
Lacedemon miſiſſet / a viro militię peritiſſimo vincimur / cū fęda clade ro
maniſꝙ vſu incognita Viuus in manꝰ hoſtiū venit fortiſſimus imperator.
Sed ille quidē par tātę calamitati: fuit / nā nec Punico carcere fractꝰ eſt: nec
Reguli fides. legatiōe ſuſcepta / quippe diuerſa / quā hoſtes mandauerāt. Cenſuit ne pax
fieret / ne cōmutatio captiuorū reciperet̄. ſed nec vllo volūtario ad hoſtes ſu
os reditu. nec vltimo: ſiue carceris: ſeu crucis ſupplicio deformata maieſtas.
Immo his omnibꝰ admirabilior: quid aliud: q̄ victus de victoribꝰ (quia
Carthago nō ceſſerat) de fortuna triūphauit. Populus aūt Romanꝰ mul
to acrior infeſtiorꝙ ꝓ vltione Reguli q̄ ꝓ victoria fuit. Metello igit̄ cōſule
ſpirantibꝰ altiꝰ Pęnis: & reuerſo in Siciliā bello: apud Panormū ſic hoſtes
cecidit: vt ne ampliꝰ ea in inſula concitaret̄. Argumentū ingentis victorię
centū circiter elephātoꝝ captiuitas. Sic quoꝙ magna preda: ac ſi gregē illū
nō bello: ſed venatiōe cępiſſet. Publio Claudio cōſule nō ab hoſtibꝰ ſed
a dĳs ipſis ſuperatꝰ eſt: quorū auſpitia cōtempſerat: ibi ſtatim claſſe demer
Mar. Fabius Buteo. ſa: vbi ille precipitari pullos iuſſerat: ꝙ pugnare ab his vetaret̄. Marco
Fabio Buteone cōſule claſſem hoſtiū in Affrico mari apud Aegynurū iam
in Italiā vltro nauigantē cecidit. Quāuis Octauio triumphꝰ tempeſtate in
tercidit: cum opulēta preda claſſis aduerſis acta ventis: naufragio ſuo Af-
fricā & Syrtes: omniū imperia gentiū: inſularum littora impleuit. Magna
clades / ſed nō ſine aliqua principis populi dignitate intercepta tempeſtate
victoria: & triumphū perĳſſe naufragio. Et tñ cū Punice predę om̄ibꝰ inſu
Luctatiꝰ cōſul. liſꝙ fluitarēt. Po. Ro. triūphauit. Luctatio Catulo cōſule tandē bello fi-
nis impoſitꝰ apud inſulas: quibꝰ nomē Aegates: nec maior alia in mari pug
na: quippe cōmeatibꝰ: exercitu: ꝓpugnaculis: armis: grauis hoſtiū claſ-
Victoria naualis ad Egates. ſis: & in eis q̄ſi tota Carthago: q̄d ip̄m exitio fuit. Romana claſſis prompta:
leuis: expedita: & quodā gn̄e caſtrenſis ad ſimilitudinē pugnę equeſtris:
ſic remis quaſi habenis agebat̄ / & in hos vel in illos mobilia roſtra ſpeciem
viuentiū preferebāt. Itaꝙ momento tp̄is lacerate hoſtiū rates: totum inter
Siciliā Sardiniāꝙ pelagus naufragio ſuo operuerūt. Tanta deniꝙ fuit illa
victoria: vt de excidēdis hoſtiū męnibꝰ nō quereret̄ / ſuperuacuū viſum eſt
in arcē muroſꝙ ſeuire / cū iam in mari eſſet deleta Carthago.

## BELLVM LIGVRICVM.

p Eracto punico bello ſecuta eſt breuis ſane & quaſi ad recipiendum
ſpiritū requies / argumentūꝙ pacis / & bona fide ceſſantiū armoꝝ:

Janus gemin⁹ ſcđo claudit.

Domiti Ligures.

tunc primū poſt Numam clauſa fuit porta Iani / ſed ſtatim ac ſine mora patuit. Quippe iam Ligures: iam inſubres Galli / necnon & Illirij laceſſebāt. Sic de ſubalpibus / id eſt: de ſubipſis Italię faucibus gentes / deo quodā aſſidue incitāte / ne rubiginē ac ſitū. ſ. arma ſentirēt / deniq; vtriq; quottidiani / & quaſi domeſtici hoſtes tyrocynia militū imbuebāt. Nec aliter vtraq; gēte quaſi cote quadā. P. Ro. ferrū ſuę virtutis acuebat. Ligures inuijs alpium iugis adherentes inter Varum & Macrā flumen implicitos dumis ſilueſtribus maior aliquāto labor erat inuenire: q̄ vincere: tutū locis & fuga / durū atq; velox genus ex occaſione / magis latrocinia q̄ bella faciebat. Itaq; cum diu multūq; eluderet ſaltus Deciates / Moxubij: Euburiates: incognitas tandem Fuluius latebras eorum ignibus ſepſit: Bebius in plana deduxit. Poſthumius ita exarmauit: vt vix reliquerit ferrū: quo terra coleret.

## BELLVM GALLICVM.

Galloꝝ natura

g Allis inſubribus & his accolis alpiū: animi ferarum corpora plus q̄ humana erant / ſed experimēto deprehenſum eſt. Quippe ſicut primus impetus eis maior q̄ virorū eſt: ita ſequens minor q̄ fęminarū. Alpina corpora humenti cęlo educata / habēt quiddā ſimile niuibus ſuis / que mox vt caluere pugna: ſtatim in ſudorē eunt / & leui motu / quaſi ſole laxantur. Hoc ſępe & alias ſed Britomaro duce nō prius ſoluturus ſe baltea / q̄ capitoliū aſcendiſſent iurauerāt. factū eſt. Victos em̄ Emili⁹ in capitolio diſcinxit Mox Ariſtonico duce vouere de noſtrorū militū preda Marti ſuo torquē: intercępit Iupiter votū. nam de torquibus eorū aureū tropheū Ioui Flaminius erexit Viridomaro rege: romana arma Vulcano promiſerant / aliorſum vota ceciderunt. Occiſo em̄ rege: Marcellus tertia poſt Romulum patrem: Feretrio Ioui arma ſuſpendit.

Tertia ſpolia opima.

## BELLVM ILLIRICVM.

Liburnorum ſedes.

i Llirici ſeu Liburni ſub extremis alpiū radicib⁹ agunt / inter Arſim Titanūq; flumen / longiſſime per totum Adriaci maris litt⁹ effuſi. Hi regnante Teuſa muliere populationibus nō contenti licentię ſcelus addiderunt. Legatos quippe noſtros ob ea que deliquerant iure agentes / nec gladio quidem / ſed vt victimas ſecuri percutiunt / perfectos nauium igne comburunt. Idq; quo indignius foret: mulier imperabat. Itaq; Cneo Fuluio Centimalo duce / late domantur. Stricte in principium colla ſecures legatorum manibus litauere.

## BELLVM PVNICVM SECVNDVM.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-164106-p0025-9

Secundū bellū punicū.

P Oſt primū punicū bellū vix quadrienniȷ requies: ecce alterū bellū minus quidē ſpatio / nec enī amplꝰ q̄ xviiȷ. annos habet. Sed adeo cladiū atrocitate terribiliꝰ / vt ſi quis cōferat damna vtriuſq; populi: ſimilior victo ſit populus qui vicit. At pudebat nobilē populū / ablatū mare: rapte inſule: dare tributa: que habere cōſueuerat. Hinc in vltionē puer Hanni-

Saguntus.

bal ad arā patri iurauerat: nec remorabat̄. Igit̄ in cauſa belli Saguntꝰ deleta eſt. Hiſpanię vetus ciuitas / & opulēta: fideiq; erga romanos magnū quidē / ſed triſte monumentū: quā in libertate cōmuni fędere exceptā: Hannibal cauſas nouorū motuū querēs: & ſuis & ipſorū manibus euertit: vt Italiam ſibi rupto fędere aperiret. Summa fęderū romanis religio eſt. Itaq; ad auditū ſocie ciuitatis obſidiū: memores icti cū Penis quoq; fęderis: non ſtatim ad arma ꝓcurrunt: dum prius more legittimo queri malunt. Interim iam nouē menſibus feſſi famę / machinis: ferro & igne: verſa deniq; in rabiē fide: immanē in foro excitant rogum: tum deſuper ſe ſuoſq; cū omnibꝰ opibus ſuis ferro & igne corrumpūt. Huiꝰ tantę cladis auctor Hannibal poſcitur. tergiuerſantibꝰ Pęnis dux legationis: que inquit mora eſt Fabius? In hoc ego ſinu bellum affero & pacē: vtrum eligitis? vtrum placet ſummite:

Atten. nouam belli denunciatione.

cūq; ſucclamatū eſſet: vtrū vellet daret Bellū igit̄ inquit accipite: & excuſſo in media curia toge gremio non ſine horrore quaſi plane ſinu bellū ferret: effudit. Similis exitus belli initio fuit. Nam quaſi has inferias ſibi Saguntinorū vltime dire in illo publico parricidio incendioq; mandaſſent / ita manibus eorū: vaſtatione Italię / captiuitate Affrice / ducū & regum / qui id geſſere bellum / exitio parentatum eſt. Igitur vbi ſemel ſe in Hiſpania mouit illa grauis & luctuoſa Punici belli vis atq; tempeſtas deſtinatūq; romanis iam diu fulmē. Saguntino igne cōflauit / ſtatim quodam impetu rapta medios perfregit alpes: & in Italiā (ab illis fabuloſe altitudinis niuibꝰ) ve-

Ad Ticinū vincunt Romani.

lut de cęlo miſſa deſcendit: ac primi quidē impetus turbo inter Padum & Ticinū: valido ſtatim fragore detonuit. Tūc Scipione duce / fuſus exercitꝰ / ſaucius & ipſe veniſſet in hoſtiū manus imperator / niſi protectū patrē pretextatꝰ admodū filiꝰ ab ipſa morte rapuiſſet: & hic erit Scipio qui in exitiū

Iterū Romani vincunt ad Trebiam.

Affricę creſcit: nomē ex malis eius habiturꝰ Ticino Trebia ſuccedit: hic ſecunda belli Punici ꝓcella deſeuit Sempronio cōſule: tūc callidiſſimi hoſtes frigidū & niualē nacti diē cū ſe ignibꝰ prius oleoq; fouiſſent: horribile dic-

Traſimena acies.

tu: hoīes a meridie & ſole veniētes / noſtra nos hyeme vicerūt. Traſimenus lacus tertiū fulmē Hannibalis: imperatore Flamminio: ibi quoq; ars nouę

Punicę fraudis / quippe nebula lacus paluſtribuſq; virgultis tectus equitū terga ſubito pugnantiū inuaſit. Nec de dijs poſſumus queri : imminentem temerario duci cladē predixerāt. Inſidentia ſignis examina / & aquile pro‐ dire nolētes / & cōmiſſam atiem ſecutus ingens terrę tremor / niſi illū horro rem ſoli / equitum virorūq; diſcurſus & mota vehementius arma fecerunt.

Q uartū id ē pene vltimū vuln⁹ imperij Canne ignobilis Appulię vic⁹ ſed magnitudine cladis emerſit / &. xl. miliū cede : parta nobilitas. Ibi in exitiū infelicis exercit⁹ dux / terra : cęlū : dies / tota deniq; rerū natura conſenſit. Siquidē non cōtentus ſimulatis tranſfugis Hannibal : qui mox terga pug‐ nantiū ceciderant. Inſuper callidiſſim⁹ imperator patentib⁹ in campis ob‐ ſeruato loci ingenio / q; & ſol ibi acerrimus : & plurim⁹ puluis / & Eurus ab oriente ſemper quaſi ad conſtitutū / ita inſtruxit aciē / vt romanis aduerſus hec oīa aduerſis / quaſi ſm cęlū tenēs / vento / puluere / ſole : pugnaret. Itaq; duo maximi exercit⁹ ceſi ad hoſtiū ſacietatē / donec Hannibal diceret militi ſuo / parce ferro. Ducum effugit alter / alter occiſus eſt / dubiū vter maiore animo / Paulū puduit / Varro nō deſperauit. Documenta cladis : cruentus aliquamdiu Aufidus / pons de cadaueribus iuſſu ducis factus / in torrente Vergilij. modij duo annulorū Carthaginē miſſi / dignitaſq; equeſtris taxa ta mēſura. Dubiū deinde nō erat : quin vltimū illū diem habitura fuerit Ro ma / quintūq; intra diē epulari Hannibal in capitolio potuerit ( ſi quod pe‐ nū illū dixiſſe Atherbalē Bomilcaris ferunt ) Hannibal queādmodū ſciret vincere : ſic vti victoria ſciſſet. Tum quidē illū / vt dici vulgo ſolet / aut fatū vrbis imperature : aut ipſius mens mala & auerſi a Carthagine dij in diuer ſum abſtulerūt : cū victoria poſſet vti : frui maluit. Relictaq; Roma Cam‐ paniā Tarentūq; peragrare : vbi mox & ipſe / & exercitus ardor elanguit / adeo vt verū dictū ſit Capuā Hannibali Cannas fuiſſe. Siquidem inuictū alpibus / indomitū armis / Campanię ( quis crederet ) ſoles : & tepētes fon tibus Baie ſubegerūt. Interim reſpirare romanus / & quaſi ab inferis emer gere / nō erant : detracta ſunt templis / deerat iuuētus / in ſacramentū mili‐ tię liberata ſeruitia / egebat erariū / opes ſuas libens ſenatus in mediū pro‐ tulit / nec ( preter q̄d in bullis ſinguliſq; annulis erat ) quicq̄ ſibi auri relique re. eques ſenat⁹ exemplū ſecutus / imitateq; equitē trib⁹ / deniq; vix ſuffece re tabulę : vix ſcribarū man⁹ Leuino Marcelloq; cōſulib⁹ / cū priuatę opes in publicū deferrent. Q uid aūt in eligēdis magiſtratib⁹ / que centuriarum ſapientia / cū iuniores a ſenioribus conſiliū de creandis cōſulibus petiuere.

Canne populo Romano funeſte.

Atherbal.

Capua Hanni bali Cannorū locū fuit.

Quippe aduerſus hoſtē totiēs victorē: tam callidū nō virtute tm̄ / ſed ſuis
etiā pugnare cōſilijs oportebat. Prima redeuntis: ſed vt (ſic dixerim) reui
Cunctator Fabius. uiſcentis imperij ſpes Fabius fuit qui nouā de Hannibale victoriā cōmen-
tus eſt / nolle pugnare. Hinc illi cognomē nouū / & reipu. ſalutare cunctator
Hinc illud ex populo / vt imperij ſcutū vocaret. Itaqꝫ per Samniū totū: per
Falernos Gauranoſqꝫ ſaltus / ſic macerauit Hannibalē / vt qui frangi virtu
te nō poterat: mora cōminueret. Inde Claudio Marcello duce etiā cōgredi
auſus eſt cominus / venit & pepulit a Campania ſua: & ab obſidione Nole
vrbis excuſſit. Auſus & Sempronio Graccho duce per Lucaniam ſequi / &
premere terga cedentis: quis tūc (o pudor) manu ſeruili pugnaret. Nam
hucuſqꝫ tot mala cōpulerāt / ſed libertate donati fecerāt de ſeruitute roma-
nos. O horribilē in tot aduerſis fiduciā / o ſingularē animū ac ſpiritū populi
romani: tam arctis afflictiſqꝫ rebꝰ: cū de Italia ſua dubitaret / auſus eſt tm̄
in diuerſa reſpicere: cūqꝫ hoſtes in iugulo ꝑ Campaniā Apuliāqꝫ volitarēt /
mediā ꝓ de Italia Affricā facerēt. Eodē tpe & hūc ſuſtinebat: & in Siciliā:
Sardiniā: Hiſpaniā: diuiſa per orbē terrarū arma mittebat. Sicilia mādata
Marcellus Marcello: nec diu reſtitit. Tota tm̄ inſula in vna vrbe ſuperata eſt: grande
Syracuſe. Archimedes illud: & ante id tempus inuictū caput Syracuſe: quāuis Archimedis inge-
nio defenderent: aliquantū ceſſerūt. Longe illi triplex murus: totidēqꝫ ar
ces: portus ille marmoreus & fons celebratꝰ Arethuſe: niſi ꝙ hactenꝰ pro-
fuere vt pulchritudini victę vrbis parceret. Sardiniā Gracchꝰ arripuit: ni-
hil illic gentiū feritas: inſanorūqꝫ (nam ſic vocant) immanitas montiū ꝓ-
fuere. Seuitū in vrbes: vrbēqꝫ vrbiū Caralim: vt gens cōtumax viliſqꝫ mi
nore ſaltē deſiderio patrij ſoli domaret. In Hiſpaniā miſſi Cneus & Publiꝰ
Scipiones ſpem totā pene Penis eripuerāt: ſed inſidijs Punicę fraudis op-
preſſi: rurſus amiſerāt. Magnis quidē illi p̄lijs cū Punicas opes cecidiſſent:
ſed Punicę inſidię alterū ferro caſtrametantē: alterū cū euaſiſſet in turrem
cinctū facibus oppreſſerūt. Igit̄ in vltionē patris ac patrui miſſus cū exerci
Scipionis res in Hiſpania geſte. tu Scipio: cui tā grande de Aphrica nomē fata decreuerāt: Bellatricē illam
viris aruiſqꝫ nobilē Hiſpaniā illā ſeminariū hoſtilis exercitꝰ: illā Hanniba
lis eruditricē: incredibile dictu: totā a Pireneis montibꝰ in Herculis colū-
nas: & oceanū recuperauit. Neſcias citius: an facilius: q̄ velociter quattuor
anni fatent̄: q̄ facile: vel vna ciuitas ꝓbat. eodē quippe quo obſeſſa eſt die:
capta eſt: omenqꝫ Aphricane victorię fuit: ꝙ tam facile capta eſt Hiſpania
Carthago. Carthago. Certū aſt tm̄ ad ꝓfligandā ꝓuinciā maxime ꝓfeciſſe ſingularē

ducis ſanctitatē: quippe qui captiuos pueros puellaſq; precipue pulchritu⸗
dinis barbaris reſtituerit: ne in cōſpectū quidē ſuū paſſus adduci: ne quid
de virginitatis integritate delibaſſe: ſaltē vel oculis videret. Hęc inter diuer
ſa terrarū. P. R. Nec ideo tñ Italię viſcerib⁹ inherentē ſummouere poterat
Hannibalē Carthaginenſem. Pleraq; ad hoſtē defecerāt: & dux acerrimus
cōtra romanos / italicis quoq; virib⁹ vtebat̄: iam tū eum pleriſq; oppidis
& regionib⁹ excuſſeram⁹. Tarētinus ad nos redierat: ita & Capua ſedes &
dom⁹ & patria altera Hannibalis tenebat̄: cui⁹ amiſſo tm̄ Peno duci dolo⸗
rē dedit: vt ille totis virib⁹ Romā conuerteret. O populū dignū orbis impe
rio: dignū omniū fauore: & admiratione hoīm ac deorū: cōpulſus ad vlti⸗
mos metus ab incepto nō deſtitit: & de ſua vrbe ſollicit⁹. Capuā tñ nō omi
ſit / ſed parte exercit⁹ ſub Appio cōſule relicta: parte Flaccū in vrbe ſecuta:
abſens ſimul preſenſq; pugnabat. Quid ergo miramur? Mouenti caſtra a
tertio lapide Hannibali iterum ipſos deos: deos inquā (nec fateri pudebit)
reſtitiſſe. Tanta em̄ ad ſingulos illius motus vis imbriū effuſa eſt / tanta ven
torū violentia coorta eſt / vt diuinit⁹ hoſtē ſummoueri: nec cęlo: ſed ab vr
bis ipſi⁹ mœnib⁹ & capitolio ferri videret̄. Itaq; fugit: & ceſſit: & in vltimū
ſe Italię recepit ſinū / cum vrbē tantū nō adortā reliquiſſet. Parua res dictu /
ſed ad magnanimitatē populi romani probandam ſatis efficax / q̄ illiſ ipſis
quib⁹ obſidebat̄ diebus / ager quē Hannibal caſtris inſiderat: venalis Ro⸗
mę fuit: haſteq; ſubiectus inuenit emptorē. Voluit Hannibal cōtra fiduciā
imitari: ſubiecitq; argētarias vrbis tabernas: nec emptor inuentus eſt. Vt
ſcias etiā preſagia fatis fuiſſe. nihil actū erat tanta virtute: ſine tanto fauore
deorū. Siquidē ab Hiſpania Haſdrubal frater Hānibalis cū nouo exercitu:
nouis virib⁹ / noua belli mole veniebat. Actū erat ꝓculdubio / ſi vir ille ſe
cū fratre iunxiſſet. Sed hunc q̄ȝ caſtramentantē Claudi⁹ Nero cū Liuio Sa
linatore debellat Nero in vltimo Italię angulo ſummouebat Hannibalē /
Liuius in diuerſiſſimā partē: & in ipſas vaſcentis Italię fauces ſigna cōuerte
rat. Tanto om̄i q̄ longiſſima Italia ſolo interiacēte: quo cōſilio: qua celeri⸗
tate cōſules caſtra cōiunxerint: inopinanterq; hoſtē collatis ſignis cōpreſ⸗
ſerint neq; id fieri Hannibal ſenſerit: difficile dictu eſt. Certe Hannibal re
cognita: cū proiectū fratris caput ad ſua caſtra vidiſſet: agnoſco inquit in⸗
fęlicitatē Carthaginis? hec fuit illius viri nō ſine preſagio quodā fati immi⸗
nentis prima cōfeſſio. Iam certū erat Hannibalē etiā ipſius cōfeſſione poſſe
vinci: ſed tot rerū ꝓſperarū fiducia plenus populus Ro. magni extimabat

Prodigioſa tē⸗peſtas.

Haſdrubalis interitus.

Verba Hanni⸗balis viſo capi⸗te fratris.

*Res in Affrica a Scipione geſte.*

aſperrimū hoſtē in ſua Affrica debellare. Duce igit̄ Scipione in ipſam Affricā tota mole ꝯuerſus: imitari cępit Hannibalē: & Italię ſuę clades in Affrica vindicare. Quas ille: dij boni / Haſdrubalis copias: quos Syphacis exercitus fudit? q̄ quātaqꝫ vtriuſqꝫ caſtra facibꝰ illatis vna nocte deleuit? Deniqꝫ iam nō a tertio lapide: ſed ipſas Carthaginis portas obſidione quaciebat / ſic factū eſt / vt inherentē atqꝫ incubantē Italię extorſerūt Hannibalē. Non fuit maior ſub imperio romano dies q̄ ille: cū duo oīm & antea & poſtea ducū maximi / Ille Italię / hic Hiſpanię victor: collatis cominꝰ ſignis direxere aciē. Sed & colloquiū fuit inter ipſos de legibꝰ pacis. Steterūt diu mutua admiratiōe defixi / vbi de pace nō conuenit: ſigna cecinere. Cōſtat vtriuſqꝫ cōfeſſione nec meliꝰ inſtrui aciē / nec acriꝰ potuiſſe pugnari. hoc Scipio de Hannibalis / Hannibal de Scipionis exercitu predicauerūt. Sed tamē Hannibal ceſſit / premiūqꝫ victorię Affrica fuit / & ſecutꝰ Affricā terrarū orbis.

*Hannibal i Affrica vincit.*

## BELLVM MACEDONICVM PRIMVM.

P Oſt Carthaginē vinci neminē puduit. Secute ſunt ſtatim Affricā: gētes / Macedonia / Grętia: Syria cęteraqꝫ oīa / quodā quaſi ęſtu & torrente fortunę. Sic primi oīm Macedones affectator quondā imperij populus Itaqꝫ quāuis tunc Philippus regno preſideret: Romani tamen dimicare ſibi cum rege Alexandro videbant̄. Macedonicū bellū noīe amplius q̄ʒ ſpectatione gentis fuit. Cauſa cępit a fędere Philippi / quo rex iampridē dominantē in Italia Hannibalem ſibi ſociauerat. Poſtea creuit implorantibus Athenis auxilium contra regis iniurias / cum ille vltra ius victorię in templa / aras: & ſepulchra ipſa ſeuiret. Placuit ſenatui opē tantis ferre ſupplicibꝰ / quippe iam gentiū reges duces / populi / natiōes / preſidia ſibi ab hac vrbe petebāt. Primo igit̄ Liuino cōſule. P. R. Ionium mare ingreſſus tota Grętię littora veluti triumphanti claſſe peragrauit. Spolia quippe Sicilię / Hiſpanię / Sardinię / Affricę preferebat. Et manifeſtā victoriā nata in pretoria puppe laurus pollicebat̄. Aderat ſponte in auxiliū Attalus rex Pergamenorū. Aderant Rodij nauticus populus / quibꝰ a mari cōſul / a terris oīa equis viriſqꝫ quatiebat. Bis victus rex / bis exutus / bis fugatis caſtris / cū tamen nihil terribilius Macedonibus fuit ipſo vulnerum aſpectu: qui non ſpiculis neqꝫ ſagittis / nec vllo greculo ferro / ſed ingentibus pilis: nec minoribus adacta gladijs vltro mortē petebant. Enimuero Flamminio duce inuios antea Chaonum montes: Indumqꝫ amnē per abrupta vagantē: & ipſa Macedonię clauſtra penetrauimꝰ: introiſſe victorię fuit. Nam poſtea

*Origo Macedonici belli.*

*Liuinus cōſul ingreſſus eſt mare Ionium.*

*Plutarchꝰ Aeſum amnē ipſaz vocat: Liuius Aoum.*

nunq̃ auſus cõgredi rex ad tumulos: quos cynocephalas vocãt: vno ac ne hoc quidẽ iuſto prelio opprimit̃. Et illi quidẽ cõſul pacẽ dedit: regnũq; cõceſſit. Mox ne quid eſſet hoſtile Thębas & Euboeã & graſſantẽ ſub Nabide ſuo Lacedemona cõpeſcuit. Grętię vero veterẽ ſtatũ reddidit vt legibus viueret ſuis: & auita libertate frueret̃. Que gaudia? que vociferationes fuerũt? cũ hoc forte Nemeę in theatro quinquẽnalibꝰ ludis a precone caneret̃: quo certauere plauſu? qd florũ in ꝯſulẽ ꝓfuderunt? & iterũ iterũq; preconẽ repetere illã vocẽ iubebat: q̃ libertas Achaię ꝓnunciabat̃: nec aliter illa ꝯſulari ſentẽtia: q̃ modulatiſſimo aliquo tibiarũ aut fidiũ cantu fruebant̃.

Reddit libertat Grecie.

## BELLVM SYRIACVM REGIS ANTIOCHI.

m Acedoniã ſtatim & regẽ Philippũ Antiochus excepit quodã caſu quaſi induſtria ſic a gubernãte fortuna: vt quẽadmodũ ab Affrica in Europã: ſic ab Europa in Aſiã vltro ſe ſuggerẽtibus cauſis imperiũ procederet. Et cũ terrarũ orbis ſitu/ ipſe ordo victoriarũ nauigaret. Non aliud formidoloſius fama bellũ fuit. Quippe cum Perſas et orientẽ Xerſem atq; Dariũ cogitarẽt: qñ perfoſſi inuij mõtes: qñ velis opertũ mare nunciaret̃: ad hęc cęleſtes minę territabãt. Cum humore continuo Cumanus Apollo ſudaret. ſed hic fauentis aſię ſuę numinis timor erat: ſed nec ſane viris opibꝰ armiſq; quicq; copioſiꝰ Syria: ſed in manibꝰ tam ignaui regis inciderat vt nihil fuerit in Antiocho ſpecioſius: q̃ q; a romanis victus eſt. Impulere regẽ in id bellũ: illinc Thoas Aetholię princeps: inhonoratam apud Romanos querẽs aduerſus Macedonas militię ſuę ſocietatẽ: hinc Hannibal qui in Affrica victus: ꝓfugus: & pacis impaciẽs hoſtẽ populo Romano toto orbe querebat. Et quietus illud fugiſſet periculũ/ ſi ſe cõſilijs eius rex tradidiſſet: ſi Aſię viribꝰ vſus fuiſſet miſer Hannibal? Sed rex ſuis opibꝰ & noĩe regio fretus: ſatis habuit bellum mouere. Europa iam dubio procul iure ad Romanos pertinebat. Hic Lyſimachiã vrbem in littore Tracio poſitam a maioribus ſuis Antiochus vt hereditario iure repetebat. Hoc velut ſidere Aſiatici belli mota tempeſtas: & maximus regũ conuentus: fortiter indixiſſet bellũ cum ingenti ſtrepitu ac tumultu mouiſſet ex Aſia. Occupatis ſtatim inſulis greciſq; littoribꝰ otia & luxus tanq̃ victor agitabat. Euboeam inſulam cõtinenti adherentẽ tenui freto reciprocantibꝰ aquis Euripus abſcidit. Hic ille poſitis aureis ſericiſq; tentoris ſub ipſo freti murmure cũ inter fluenta tibijs fidibuſq; contineret: collatis vndiq; (quamuis per hyemen) roſis/ ne cum aliquo ducũ genere agere videret̃: Virginũ puerorũq; delectus

Orientis opes.

Antiochus.

Euripus.

habebat. Talē ergo regē iam ſua luxuria debellatū P. R. Atilio Glabrione
conſule in inſula aggreſſus ipſo ſtatim aduētus ſui initio coegit ab inſula fu
Thermopyla. gere. Tam precipitē apud Thermopylas aſſecutus locū / Lacunū. ccc. ſpeci
oſa cede memorandū / ne ibi quidē fidutia loci reſiſtentē mari ac terra cede
re coegit. Statim & eueſtigio itur in Syriam. Claſſis regia Polixenidi Han
nibaliqꝫ cōmiſſa / nam rex preliū non aſpectare poterat. Igit̃ duce Emilio
Regillo ad remigantibus Rodijs tota lacerat̃. Ne ſibi placeant Athene in
Vide ne Temo ſtilē ſit legendū nō Alcibiadē. Antiocho vicimus Xerxem: in Emilio Alcibiadē equauimꝰ / Epheſijs Sa
lamina penſauimꝰ. Tunc Cōſule Scipione cui frater ille modo victor Car-
thaginis Affricanus voluntaria legatione aderat / debellari regē placet. Et
iam toto ceſſerat mari: Sed nos imus vlterius Meandrū ad amnē / montēqꝫ
Sypilū caſtra ponunt̃. Hic rex: incredibile dictu: quibꝰ auxilijs? quibꝰ co
pijs ꝯſederat. Trecēta milia peditū / equitū falcatorūqꝫ curruū nō minor nu
merꝰ: elephātis ad hoc immēſe magnitudinis / auro purpura argēto & ſuo
ebore fulgētibus aciē vtrinqꝫ vallauerāt. Sed hec oīa prepedita magnitudi-
ne ſua ad hoc imbre / qui ſubito ſuperfuſus mira fęlicitate Perſicos arcꝰ cor-
ruperat / primū trepidatio: mox fuga: dehinc triumphꝰ fuerunt. Victo &
ſupplici pacē atqꝫ partē regni dari placuit / eo libentiꝰ / ꝙ tā facile ceſſiſſet.

## BELLVM AETHOLICVM.

s Yriatico bello ſucceſſit / vt debebat: Aetholicum. Victo quippe
Fuluiꝰ nobilio: Romanus Antiocho faces Aſiatici belli perſequebatur. Ergo Ful-
uio nobiliori mandata vltio eſt. Hic protinus caput gentis Ambratiam re
giam Pyrrhi machinis quatit: ſecuta deditio: aderant Aetholorum pręci-
bus Attici Rodij / & memineramus auxilij: ſic placuit ignoſcere. Serpit ta-
men latius in proximos bellum: omnemqꝫ late Cephaleniam / Iacynton /
& quotquot inſularum in eo mari inter Ceraunios montes iugumqꝫ Male
um Aetholici belli acceſſio fuerunt.

## BELLVM HISTRICVM.

h Iſtri ſequunt̃ Aetholos. Quippe bellātes eos nuper adiuuerant: &
initia pugnę proſpera hoſti fuerunt: eademqꝫ exitij cauſa. Nam cū
Cnei Manlij caſtra cępiſſent / opimeqꝫ predę imcubarent: ępulantes: ac lu
Appiꝰ pulcher. dibundos pleroſqꝫ aut vbi eſſent pre poculis neſcientes / Appius pulcher in
uadit: ſic cum ſanguine & ſpiritu male partā reuomuere victoriā. Ipſe rex
apulo equo impoſitus: cū ſubinde crapula & capitis errore lapſaret / captū
ſeſe vix & ęgrę poſtq̃ experrectus eſt didicit.

## BELLVM GALLOGRECVM.

g Allogrętiã q̃ʒ Syriatici belli ruina cõuoluit. Fuerãt inter auxilia regis Antiochi: an fuiſſet cupidus triũphi Manlius? an eos inuiſos ſimulauerit dubiũ? Certe negatꝰ eſt victori triũphus / quia cauſam belli nõ approbauit ſenatꝰ. Cęterũ gens Gallogrecorũ (ſicut ipm̃ nomẽ inditio eſt) Gallogreci vñ. mixta & adulterata eſt: reliquię Galloꝝ qui etiã Brenno duce vaſtauerant Grętiã. Mox orientẽ ſecuti ĩ media Aſię parte ſedere. Itaqꝫ vt frugũ ſemina mutato ſolo degenerãt: ſic illa genuina feritas eorũ Aſiatica amenitate mollita eſt. Duobꝰ itaqꝫ prelijs fuſi fugatiqꝫ ſunt: quãuis ſub aduẽtu hoſtis relictis ſedibꝰ in altiſſimos ſe mõtes recepiſſent. Soloſtogioꝝ plano Tectoſagiã inſederãt. vtrinqꝫ fundis ſagittiſqꝫ acti in perpetuã ſe pacẽ dediderunt. Sed alligati miraculo quodã fuere: cũ cathenas morſibus & ore tentaſſent: cum ſuffocãdas inuicẽ fauces prebuiſſent. Nã Orgiagontis regis vxor a centurione ſtuprũ paſſa: memorabili exemplo cuſtodiã euaſit: reuulſumqꝫ militis caput ad maritum ſuum retulit.

Attẽ. muliebris pudicitie exemplum.

## BELLVM MACEDONICVM SECVNDVM.

d Vm alię alięqꝫ gẽtes Syriaci bellũ ſequunt̃ ruinã: Macedonia ſe rurſus erexit: fortiſſimũ populũ memoria & recordatio ſuę nobilitatis agitabat: & ſucceſſerat filiꝰ Philippo Perſeus: qui ſemel in perpetuũ victã eſſe Macedoniã nõ putabat ex gentis dignitate. Multo vehemẽtius ſub hoc Macedones q̃ ſub patre cõſurgũt. Quippe Thraces in vires ſuas traxerãt: atqꝫ ita induſtria Macedonũ / viribꝰ Thracũ: diſciplinã Macedonicã temptauere. Acceſſit his ꝯſilium ducis: qui ſitũ regionũ ſuarũ ſummo ſpeculatus Hemo: poſitis per abrupta caſtris: ita Macedoniã ſuã armis ferroqꝫ vallauerat: vt nõ reliquiſſe aditũ / niſi a cęlo vẽturis hoſtibꝰ videret̃. Nã Martio Philippo ꝯſule: eã prouintiã ingreſſus. P.R. exploratis diligẽter acceſſibꝰ per Aſtrudẽ paludẽ: per acerbos dubioſqꝫ tumulos / illa q̃ volucribꝰ quoqꝫ videbant̃ inuia acceſſit / regẽqꝫ ſecuꝝ & nihil tale metuentẽ ſubita belli eruptione terruit. Cuiꝰ tãta trepidatio fuit: vt pecuniã oẽm in mare iuſſerit mergi: ne periret: claſſem cremari: ne incenderet̃. Paulo ꝯſule cũ maiora & crebra eſſent impoſita p̃ſidia: p alias vias Macedonia depreſſa eſt. Sũma quidẽ arte & induſtria ducis / cũ alias minatꝰ: alias irrupiſſet. Cuiꝰ aduentꝰ ipſe eo terribilis regi fuit: vt intereſſe nõ auderet. Sed gerẽda ducibꝰ bella mãdauerit. Abſens q̃ victꝰ fugit in maria / inſulãqꝫ Samothracẽ: fretus celebri regione q̃ſi tẽpla & are poſſent defendere: quẽ nec mõtes ſui nec arma potuiſſent.

Attẽ. Perſei deſperationẽ.

Nemo regũ diuti⁹ amiſſe fortunę ꝯſcientiam retinuit. Supplex cũ ſcriberet
ad imperatorẽ: ab illo q̊ ꝯfugerat tẽplo/nomẽq; ep̄l'e notaret ſuũ/ regẽ addi
Perſeus capit. dit. Sed nec reuerẽtior capte maieſtatis ali⁹ Paulo fuit: cũ in ꝯſpectu veniſ-
ſet hoſtis in templũ: recepit: & in cõuiuijs adhibuit: liberoſq; admonuit ſu
os vt fortunã (cui tm̄ liceret) reuererent̄. Inter pulcherrimos hũc q̃3. P.R. de
Macedonia duxit atq; vidit triũphũ: quippe cui⁹ ſpectaculo triduũ imple-
Tribus diebus agebat trium-phus. uerit: Prima dies ſigna tabulaſq;: Sequẽs arma pecunias trãſuexit: Tertius
captiuos / ipſumq; regẽ attonitũ adhuc tanq̃ ſubito malo ſtupentẽ. Sed mul-
to prius gaudiũ victorię. P.R. q̃ ep̄l'is victoris perceperat. Quippe eodem
Dioniſi⁹ id acci diſſe ait latino bello. die quo victus eſt Perſeus in Macedonia / Romę cognitũ eſt. Duo iuuenes
candidis equis apud Iuthurne lacũ puluerẽ & cruorẽ abluebãt. Hi nuncia-
uere/ Caſtorẽ & Pollucẽ fuiſſe creditũ vulgo: q̊ gemini fuiſſent/interfuiſſe
bello / q̊ ſanguine maderẽt / a Macedonia venire / q̊ adhuc anhelarẽt.

## BELLVM ILLIRICVM.

m Acedonici belli cõtagio traxit Illiricos/ipſi quidẽ vt Romanũ a ter
go diſtringerẽt a Perſe rege cõducti pecunia militauere. Sine mora
ab Antio pretore ſubigunt̄. Loſcordã caput gẽtis deleſſe ſuffecit. Statim ſe
cuta deditio eſt. deniq; hoc bellũ ante finitũ eſt: q̃ geri romę nunciaret̄.

## BELLVM MACEDONICVM TERTIVM.

q Vodã fato: quaſi ita ꝯueniſſet inter Penos & Macedonas/ vt tertio
q̃3 vincerent̄. Eodẽ tp̄e vtriq; arma mouere: ſed prior iugũ excutit
Macedo/ aliquãto q̃ ante grauior: dũ cõtemnit̄. Cauſa belli ꝓpe erubeſcẽda.
Andriſcus. Quippe regnũ pariter & bellũ vir vltimę ſortis Andriſc⁹ inuaſerat/ dubiũ
liber an ſeruus / mercenari⁹ certe / ſed quia vulgo Philipp⁹ ex ſimilitudine
Philippi: pſeudo Philipp⁹ vocabat̄ / regiã formã: regiũ nomẽ / animo q̃3
regio impleuit. Igit̄ dũ hec ipſa cõtemnit. P.R. Inuentio pretore cõtentus /
virum non Macedonicis modo: ſed Thracię quoq; auxilijs ingentibus va
Iuuencius pretor. Metellus. lidum / temere tentauit. Iuuencius quoq; nõ a veris regib⁹: ſed ab illo ima-
ginario & ſcenico rege ſuperat̄. Sed cõſule Metello amiſſum cũ legione pre
torẽ pleniſſime vltus eſt. Nam & Macedoniã ſeruitute mulctauit / & ducẽ
belli deditũ ab eo ad quẽ cõfugerat Thracię regẽ Regulo: in vrbem in ca-
thenis reduxit. Hoc quoq; illi in malis ſuis indulgente fortuna / vt de eo. P.
R. quaſi de rege vero triumphauit.

## BELLVM PVNICVM TERTIVM.

t Ertiũ cũ Affrica bellũ / & tp̄e exiguũ fuit / nã quadriẽno patratũ eſt.

Et in cõparatione priorũ: minimũ labore / nõ em̃ tam cũ viris: q̃ cum ipſa
vrbe pugnatũ eſt: ſed plane maximo euẽtu / quippe tandẽ Carthago finita
eſt. Atq; ſi quis triũ tempoꝝ momẽta cõſiderat / primo cõmiſſum eſt bellũ /
ꝓfligatũ ſecũdo: tertio vero confectũ eſt. Sed hui⁹ cauſa belli: q ꝯtra fęde=
ris legẽ aduerſus Numidas quidẽ ſemel paraſſet claſſem & exercitum. Fre
quẽs aũt Maſiniſſe fines territabat. ſed huic bono ſocioq; regi fauebãt / cum
bellũ ſederet / de belli fine tractatũ eſt. Catho inexpiabili odio delendã eſſe
Carthaginẽ. Et cũ de alio cõſuleret / ꝓnunciabat Scipio Naſica ſeruandã / Scipio Naſica
ne metu ablato emule vrbis / luxuriari fęlicitas vrbis inciperet. Mediũ ſena=
t⁹ elegit: vt vrbs tm̃ loco moueret: nihil em̃ ſpecioſi⁹ videbať / q̃ eſſe Cartha
ginẽ / que nõ timeret. Igiť Manlio Cenſorinoq; cõſulib⁹. P. R. aggreſſus Manlius Cenſorinus conſules.
Carthaginẽ ſpe pacis iniecta / traditã a volentib⁹ claſſem ſub ipſo ore vrbis
incẽdit. Tũ euocatis principib⁹: ſi ſalui eſſe volẽt vt migrarẽt finib⁹ impera
tũ: q̃d ꝓ rei atrocitate adeo mouit iras / vt extrema mallẽt. Cõploratũ igiť Studiũ Carthaginenſiũ in ꝯparãdo bello.
publice ſtatim ⁊ pari voce clamatũ eſt ad arma: ſeditq; ſentẽtia quoquo mõ
rebellãdũ / nõ quia ſpes vlla iã ſupereſſet / Sed quia patriã ſuã mallẽt hoſtiũ /
q̃ ſuis manib⁹ euerti. Quis rebellantiũ fuerit furor? Vel hinc intelligi põt:
q in vſum nouę claſſis tecta domuſq; reſciderunt / & in armorũ officinis au
rũ & argentũ ꝓ ere ferroq; cõflatũ eſt. In tormentorũ vincula matrone cri=
nes ſuos cõtulerunt. Mancino deinde cõſule terra mariq; feruebat obſidio /
operis portus nudatus / & primus & ſequẽs iam murus: cũ tm̃ Byrſa: quod
nomẽ arci fuit: quaſi altera ciuitas reſiſtebat. Quãuis ꝓfligato vrbis exci=
dio / tm̃ fatale Aphricę nomẽ Scipionũ videbať. Igiť in aliũ Scipionẽ cõuer= A quo Emilia=n⁹ Scipio ad=optatus.
ſa reſp. finẽ belli repoſcebat. Hunc Paulo Macedonico ꝓcreatũ: Affricani
illius magni fili⁹ in decus gẽtis aſſumpſerat. Hoc ſcilicet fato / vt quã vrbẽ
cõcuſſerat auus nepos euerteret. Sed q̃ maxime mortiferi eſſe morſus ſolẽt
morientiũ beſtiarũ: ſic plus negotij fuit cũ ſemiruta ciuitate Carthagine: q̃
integra. Cõpulſis ī vnã arcẽ hoſtib⁹: portũ q̃ȝ maris roman⁹ obſederat. Illi
alterũ ibi portũ ab alia vrbis parte foderũt: nec vt fugerent: ſed quia nemo
illos nec euadere poſſe credebat. Inde quaſi enata ſubito claſſis erupit. Tum
interim iam dieb⁹ iam noctibus noua aliqua moles / noua machina: noua
perditorũ hoĩm manus / quaſi ex obruto incẽdio ſubita de cinerib⁹ flamma
ꝓdibat. Deploratis nouiſſime reb⁹. xl. ſe milia virorũ dediderũt (quod mi Deditorum numerus.
nus credas) duce Haſdrubale: quanto fortius fęmina & vxor ducis / qui
comprehenſis duobus liberis a culmine ſe domus in mediũ miſit incendiũ.

Imitata reginā que Carthaginē cōdidit: quāta vrbs deleta ſit / vt de cęteris taceam / vel igniū mora ꝓbari pōt. Q uippe per cōtinuos decē & ſeptē dies vix potuit incendiū extingui: q̄d domibꝰ ac tēplis ſuis ſpōte hoſtes immiſerant: vt quatenꝰ vrbs eripi Romanis nō poterat / triūphus arderet.

## BELLVM ACHAICVM.

Corynthi ſitus et nobilitas.

q Vaſi ſeculū illud euerſionibꝰ vrbiū curreret: ita Carthaginis ruinā ſtatim Corynthꝰ excepit / Achaię caput / Gręcie decus / inter duo maria Ioniū & Egeū quaſi ſpectaculo expoſita. Hęc: facinus indignū: ante oppreſſa eſt q̄ in numero certorū hoſtium referret. Critholaus cauſa belli: qui libertate a romanis data aduerſus ipſos vſus eſt. Legatos romanos dubiū an & manu: certe oratiōe violauit. Igit Metello ordināti: cui tū maxime Macedonię mādata eſt vltio: Et hinc Achaicū bellū: ad primā Critholai manū Metellus ꝯſul per patētis Helide campos toto cecidit Alpheo / & vno prelio peractū erat bellū: iā & vrbē ipſam terrebat obſidio. Sed fata rerum / dum Metellus dimicaſſet: ad victoriā Mumiꝰ venit. Hic alteriꝰ ducis dignitate exercitū ſub ipſis Iſthmi faucibꝰ fudit / geminoſq; portus ſanguine infecit: tū ab incolis deſerta ciuitas: direpta primū: deinde tuba precinente deleta eſt? Q uid ſignorū? quid veſtiū? quidue tabularū raptū / incenſum atq; proiectum eſt? Q uātas opes & abſtulerit & cremauerit: hinc ſcias: ꝙ quicquid Corynthij eris toto orbe laudat / incēdio ſuperfuiſſe cōperimus. Nā & eris notā ꝑtioſiorē ipa opulētiſſimę vrbis fecit iniuria: q; incēdio puſtis plurimis ſtatuis atq; ſimulachris / eris: auri: argētiq; vene in cōe fluxere.

Mumius.

Es Corynthiacum.

## RES IN HISPANIA GESTE.

v T Carthaginē Corynthꝰ / ita Corynthū Numātia ſecuta eſt: Nec deinde toto orbe quicq̄ intactū armis fuit. Poſt illa duo clariſſima vrbiū incēdia late atq; paſſim / nec per vices / ſed ſimul pariter / quaſi vnū vndiq; bellū fuit / prorſus vtile: quaſi agitantibꝰ ventis diffudiſſe quedam belli incēdia toto orbe videret. Hiſpanię nunq̄ animꝰ fuit aduerſus nos vniuerſe cōſurgere / nunq̄ cōferre vires ſuas libuit: neq; aut imperare: aut libertatē tueri ſuam publice. Alioquin ita vndiq; mari Pyreneoq; vallata eſt / vt ingenio ſitus nec adiri quidē potuerit. Sed antea a romanis obſeſſa eſt / q̄ ſe ipſam cognoſceret. Et ſola oīm prouintiarū vires ſuas / poſtq̄ victa eſt intellexit. In hac prope ducētos per annos dimicatū eſt: a primis Scipionibꝰ in primū Cęſarē Auguſtū nō cōtinue nec coherēter: ſed prout cauſe laceſſiuerāt nec cū Hiſpanis initio: ſed cū Penis in Hiſpania. Inde cōtagia & ſeries

cauſaꝗ belloꝝ̄ / prima per Pyreneū iugū ſigna romana Publiꝰ & Cneus Cneus et publius Scipiones.
Scipiones intulerūt: prelijſꝗ ingentibus Hannonē & Haſdrubalē fratrem
Hannibalis ceciderūt raptaꝗ erat impetu Hiſpania / niſi fortiſſimi viri in
ipſa ſua victoria oppreſſi Punica fraude cecidiſſent: terra mariꝗ victores.
Igitˢ quaſi nouā integrāꝗ prouintiā vltor patris & patrui Scipio ille mox Scipionis geſta in Hiſpania.
Affricanꝰ inuaſit. Iſꝗ ſtatim capta Carthagine & alijs vrbibꝰ nō contentꝰ.
Penos expuliſſe: ſtipendiariā nobis prouintiā fecit. Omnem vltra citraꝗ
Hiberum ſubiecit imperio. Primus romanorum ducum victor ad Gades
& oceani oram peruenit. Plus eſt etiam prouintiam retinere q̄ facere. Itaꝗ
per partes iam huc iam illuc miſſi duces / qui ferociſſimas: & ad id tempo-
ris liberas gentes (ideo impatientes iugi) multo labore / nec incruentis cer
taminibus ſeruire docuerunt.

c Atho ille Cenſoriꝰ Celtiberos. i. robur Hiſpanię aliq̊t prelijs fregit.
Gracchꝰ pater ille Gracchoꝝ eoſdē. c. & . l. vrbiū euerſiōe mulctauit.
Metellus ille q̄ ex Macedonia cognomē meruerat & Celtibericus fieri cū &
Trebiā memorabili cępiſſet exēplo / & Verſobrigis maiori gloria pepercit
Lucullus Turdulos: atꝗ Vacceos / de quibꝰ Scipio ille poſterior ſingulari
certamine / cū a rege fuiſſet ꝓuocatꝰ: opima ſpolia retulerat Deciꝰ. Brutꝰ ali Bruti res i Hiſpania geſte.
quāto latiꝰ Celticos Luſitanoſꝗ oīs Gallatię populos / formidatūꝗ militi
bꝰ flumē obliuionis / peragratoꝗ victor oceani littore / nō prius ſigna ꝯuer
tit: q̄ cadentē in maria ſolē / obrutumꝗ aquis ignē nō ſine quodā ſacrilegij
metu & horrore deprehēdit. Sed tota certaminū moles cū Luſitanis fuit: &
Numātinis / nec immerito. Quippe ſolis gentiū Hiſpanię duces cōtigerūt.
Fuiſſet & cū om̄ibus Celtiberis niſi dux illiꝰ motus: initio belli oppreſſus
eſſet. Sed ſummus vir aſtu & audatia ſi receſſiſſet Salondicus / qui haſtam Salondicus.
argenteā quatiēs velut cęlo miſſam vaticināti ſimilis omniū in ſe mētes cō-
uerterat. Sed cū pari temeritate ſub nocte caſtra cōſulis adijſſet / iuxta tento
riū ip̄m pilo vigilis exceptus eſt. Cęterū Luſitanos Viriatus erexit vir calli Viriatus.
ditatis acerrime: qui ex venatore latro: ex latrone ſubito dux: atꝗ impe-
rator: & ſi fortuna ceſſiſſet Hiſpanię Romulus / nō contentꝰ libertatē ſuorū
defendere: per. xiiij. annos om̄ia citra vltraꝗ Hyberū & Tagū igni ferroꝗ
populatꝰ / caſtra etiā pretorū & preſidū aggreſſus: Claudiū Vnimanū pene
ad internitionē exercitus cecidiſſet: inſignia trabeis & faſcibus noſtris: que
cęperat: in montibꝰ ſuis trophea fixiſſet. Tandem eum Fabius Maximus
conſul oppreſſerat / ſed a ſucceſſore Pompilio violata victoria eſt: quippe Pompilius.

qui cõficiendę rei cupidus fractũ ducem & extrema deditionis agitantem / per fraudẽ & inſidias & domeſticos percuſſores aggreſſus: hanc hoſti gloriam dedit / vt videret aliter vinci non potuiſſe.

## BELLVM NVMANTINVM.

n Vmantia quantũ Carthaginis: Capuę: Corynthi opibꝰ inferior: ita virtutis noĩe / & honore par om̃ibus: ſummũqꝫ ſi viros extimes Hiſpanię decus / quippe que ſine muro: ſine turribꝰ modice edito in tumulo apud Duriũ ſituata quattuor milibꝰ Celtiberorũ.xl.exercitũ per annos.

Numantinoꝝ ſucceſſus.

xiiij. ſola ſuſtinuit. Nec ſuſtinuit modo / ſed ſęuius aliquãto pertulit / pudendis fęderibus affecit. Nouiſſime cum inuictã eſſe conſtaret / opus quoqꝫ eo fuit / qui Carthaginẽ euerterat. Non temere (ſi fateri licet) nulliꝰ cauſa belli iniuſtior. Segidenſes ſocios & cõſanguineos Romanoꝝ manibus elapſos exceperãt; habita pro eis deprecatio nihil valuit: cũ ſe ab om̃i bellorũ cõtagione remouerent in legittimi fęderis pretiũ iuſſi arma deponere. Hoc ſic a barbaris acceptũ / quaſi manꝰ abſcinderent. Itaqꝫ ſtatim Męgara victo fortiſſimo duce ad arma cõuerſi / Pompeiũ prelio aggreſſi: fędus tñ maluerũt cũ debellare potuiſſent / Hoſtiliũ deinde Mancinũ / hũc quoqꝫ aſſiduis cedibus ita ſubegerũt / vt ne oculos quidẽ aut vocẽ Numantini viri quiſquã ſuſtineret: tñ cum hoc quoqꝫ fędus maluere cõtenti armorũ manubijs / cũ ad internitionẽ ſeuire potuiſſent. Sed nõ minus Numãtini ꝗ caudini illius fęderis flagrãs ignominia / ac pudore. P.R. dedecus quidẽ preſentis flagi-

Mancinus deditur.

tij: deditiõe Mancini expiauit. Ceterũ duce Scipione Carthaginis incẽdijs ad excidia vrbiũ imbuto / tandẽ etiã in vltionẽ excanduit / ſed tũc acrius in caſtris: ꝗ in campo / nr̃o cũ milite / ꝗ cũ Numãtino preliandũ fuit. Quippe aſſiduis & iniuſtis & ſeruilibꝰ maxime operibꝰ attriti / ferre plenius vallũ / qui arma neſcirẽt: luto inquinari: qui ſanguine nollẽt iubebant̃ / ad hoc ſcorta / & calones / ſarcine niſi ad vſum neceſſarie amputant̃ / tanti eſſe exercitũ / quãti imperatorẽ / vere proditũ eſt. Sic redacto in diſciplinã milite cõmiſſa acies / q̊dqꝫ nemo viſurũ ſe vnꝗ ſperauerat. Factũ eſt / vt fugientes Numãtinos quiſꝗ videret. Dedere etiã ſeſe volebãt / ſi tollerãda viris imperarent̃. Sed cũ Scipio verã vellet et ſine exceptione victoriã / eo neceſſitatũ impulſi / primũ vt deſtinata morte in preliũ ruerẽt / cũ ſeſe prius ępulis quaſi inferijs

Celia.

impleuiſſent. Carnis ſemicrude & Celie (ſic vocãt indigene) ex frumento potionẽ Intellectũ ab imperatore ꝯſiliũ / itaqꝫ nõ eſt permiſſa pugna morituris. Cũ foſſa atqꝫ lorica: quattuorqꝫ caſtris circũdatos fame premeret ab

duce orātes preliū: vt tanq̄ viros occideret: ſed vbi nō impetrabāt/ placuit
eruptio: Sic cōſerta manu plurimi occiſi: Et cū vrgeret fames aliquātiſper
inde vixere. Nouiſſime conſiliū fuge ſedit: ſed hoc quoq; ruptis equorum
cingulis vxores adimere ſummo ſcelere per amorem. Itaq; etiā exitu deplo
rato in vltimam rabiem furoremq; conuerſi. Poſtremo mori hoc genere Numātinorum exitus.
deſtinarunt. Duces ſuos / ſeq; : patriamq; ferro & veneno / ſubiectoq; vn-
diq; igne peremerūt. Macte eſſe fortiſſimā et meo iudicio beatiſſimā in ipſis
malis ciuitatē. Aſſeruit cum fide ſocios / populum orbis terrarum viribus
fultum / ſua manu: ętate tam longa ſuſtinuit. Nouiſſime maximo duce op
preſſa ciuitas: nullū de ſe gaudiū hoſti reliquit. Vnus eñ vir Numantius
nō fuit / qui in cathenis duceretur / preda vt de pauperibus nulla / arma cre
mauerunt / triumphus fuit tantū de nomine.

h Actenus. P. R. pulcher: egregius: pius: ſanctus atq; magnificus.
Reliqua ſecula vt grādia eque / ita vel magis turbida: & feda creſcē
tib⁹ cū ipſa magnitudine imperij vitijs: adeo vt ſi quis hanc tertiā eius ętatē
tranſmarinā quā ducentorū annorū fecim⁹: diuidat / centū hos priores qui
bus Aphricā: Macedoniā: Siciliā: Hiſpaniam domuit: aureos ſicut poetę
canūt / iure meritoq; fateat̄. Centū ſequentes ferreos plane & cruentos / & ſi
quid immanius Quippe qui Iugurthinis: Cymbricis: Litrydaticis / Par Recētior rerum romanaꝝ ſtat⁹
thicis bellis: Gallicis atq; Germanicis: quibus cęlū ipſum gloria aſcendit.
Gracchanas: Druſianaſq; cedes / ad hec ſeruilia bella miſcuerūt. Et ne quid
turpitudini deſit: gladiatoria deniq;: in ſe cōuerſis Marianis: atq; Syllanis:
nouiſſime Pompei & Cęſaris manibus: quaſi per rabiē & furorē & nephas
ſemetipſe lacerauit / que ſi inuoluta inter ſe ſunt omnia atq; confuſa / tñ quo
melius appareāt / ſimul & ne ſcelera virtutib⁹ obſtrepant: ſeparatim profe
renē: priuſq; vt cępim⁹ / iuſta illa memorabimus / vt & pia cū exteris genti
bus bella / magnitudo creſcentis indies imperij appareāt / tum ad illa ciuiū
ſcelera / turpeſq; & impias pugnas reuertemur.

## BELLVM ASIATICVM.

v Icta ad occaſum Hiſpania. P. R. ad oriētē pacē agebat. Nec pacē
modo: ſed inuſitatā & incognita quadā fęlicitate relictę regijs here
ditatibus: opes / & tota in ſimul regna veniebāt.

a Ttalus rex Pergamenorū regis Eumenis filius ſocij quondā ꝯmili Verba attali.
toniſq; noſtri teſtamentum reliquit / populus Ro. bonorū meorū
hęres eſto. In bonis regis hec fuerunt. Adita igitur hereditate prouintiam.

P.Ro.nõ quidẽ bello: nec armis: ſed quod eſt equius: teſtamẽti iure retine
bat. Sed hãc: difficile dictu eſt: vtrũ facilius amiſerit. P.Ro. an recuperauit.
Ariſtonicus. Ariſtonicns regij ſanguinis ferox iuuenis / vrbes regibꝰ parere conſuetas:
partim facile ſollicitat / paucas reſiſtẽtes / Midon: Samon: Colophonẽ vi re
cepit. Craſſi quoqꝫ pretoris cedit exercitũ / ipſumqꝫ cepit. Sed ille memor
& familię / & romani noĩs / cuſtodẽ ſui barbarũ virgula excecat / in exitiũ
ſui / ꝗd volebat / ita cõcitat. Mox a Perpenna domitꝰ / & captus / & per de-
ditionẽ in vinculis habitꝰ. Aquilius Aſiatici belli reliquias confecit: mixtis
nephas veneno fontibꝰ / ad deditionẽ quorundã vrbiũ / que res vt maturã /
ita infamẽ fecit victoriã. Quippe qui cũ cõtra fas deũ moreſqꝫ maiorũ me-
dicaminibus impuris in id tempus ſacroſancta romana arma violaſſet.

Finis Secundi Libri.

## LVCII FLORI EPITOMATIS LIBER TERTIVS.

h Ec ad orientẽ / ſed nõ ad meridionalẽ plagã eadẽ quies. Quis ſpe
raret poſt Carthaginẽ aliquod in Affrica bellũ? Atqui nõ leuiter
Iugurthinum bellum. ſe Numidia ꝯcuſſit / & fuit Iugurtha ꝗd poſt Hannibalẽ timeret.
Quippe rex callidiſſimꝰ populũ ro. armis inclitũ & inuictũ / opibꝰ aggreſ
ſus eſt / & citra ſpem oĩm fortuna ceſſit / vt rex fraude precipuus / fraude ca
peret. Hic auo Maſiniſſa & Mycipſa patre per adoptionẽ / cũ interficere fra
tres ſtatuiſſet agitatus regni cupiditate. Nec illos magiſ q̃ ſenatũ populũqꝫ
romanũ: quorũ in fide & clientela regnũ erat / metueret / primũ ſcelus man
dat inſidijs potiuſqꝫ Hyempſalis capite / cũ ſe in Atherbalẽ cõuertiſſet. Iſqꝫ
Romã profugiſſet / miſſa per legatos pecunia traxit in ſententiã ſuã ſenatũ /
Et hec fuit de nobis eiꝰ prima victoria. Miſſos deinde qui regnũ inter illũ:
Atherbalẽqꝫ diuiderẽt / ſimiliter aggreſſus / cũ in Scauro ipſos romani im
perij mores expugnaſſet / inchoatũ nephas perfecit audatiꝰ / ſed diu nõ la-
tent ſcelera / corrupte nephas legatiõis erupit. placuitqꝫ belloqꝫ perſequi par
Calfurnius Beſtia. ricidã / primus in Numidiã Calfurniꝰ Beſtia cõſul immittit. Sed rex pre-
monitus fortiꝰ aduerſus Romanos aurũ eſſe q̃ ferrũ / pacẽ emit. Cuius fla-
gitij reus cũ interueniẽte publica fide a ſenatu accerſiret: pari audatia & ve-
Maſſiua Iugurthe ſucceſſus. nit: & cõpetiorẽ imperij Maſiniſſe Maſſiuã immiſſo percuſſore ꝯfecit. Hec
altera cõtra regẽ fuit cauſa bellãdi. Igit ſequens vltio mandat Albino. Sed
huius quoqꝫ: proh dedecus: ita corrupit exercitũ: vt voluntaria noſtrorũ
fuga vinceret Numida: caſtriſqꝫ potiret. Adito etiã turpi fędere / in pretiũ
ſalutis (quẽ quod prius emerat) dimiſit exercitũ. Eodẽ tpe in vltionẽ non

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-164106-p0040-2

tam imperij romani: q̄ pudoris: Metellus aſſurgit / qui callidiſſime hoſtē
nunc precibꝰ: nūc minis / iam quaſi ſimulata vera fuga eludentē artibꝰ ſuis
aggreſſus eſt. Agrorū atq; vicorū populatiōe nō contentꝰ in ipſa Numidie
capita impetū fecit. Et Zamā quidē fruſtra diu voluit. Cęterꝝ Thalā grauē Theſaurꝰ regis Jugurthe diri
armis / theſauroq; regis: diripuit. Tunc vrbibꝰ exutū regē etiā finiū ſuorū pitur.
regniq; fugitiuū p Mauros atq; Getuliā ſequebat̃. Poſtremo Mariꝰ auctis
admodū copijs / cū pro obſcuritate generis ſui capite cenſus ſacramēto ade-
giſſet / iam fuſum & ſautiū regē adortus / non facilius tñ vicit q̄ ſi integrū &
recentē. Hic & vrbē Herculi conditā Capſum: in media Affrica ſitā / angui
bus hareniſq; vallatā: mira quadā fęlicitate ſuperauit. Et ſaxeo inditā mōti
munitā vrbem per ligurē aditu arduo inacceſſoq; penetrauit. Mox nō ipm
modo: ſed Bocchū Mauritanię regē iure ſanguinis Numidiā vindicantē /
apud oppidū Cirthā grauiter cecidit. Qui vbi diffiſus rebꝰ ſuis alienę cla-
dis acceſſionē fieri timet / pretiū fęderis atq; amicitię regē facit. Sic fraudu- Jugurtha capitur.
lentiſſimus regū fraude ſoceri ſui in inſidias deductus eſt: & Syllę in manū
traditꝰ. Tandēq; opertum cathenis Iugurthā in triūpho. P.R. aſpexit. Sed
ille quoq; quāuis victus & vinctus vidit vrbē / quā venalē & quādoq; peri-
turā / ſi habuiſſet emptorē: fruſtra cecinerat / tñ vt venalis fuiſſet / habuit
emptorē. Et cum ille nō euaſerit / certū erit eam nō eſſe periturā.

## BELLVM ALLOBROGICVM.

S Ic ad meridiē. P.R. multo atrotiꝰ & multipliciter / & magis a ſepten
trione ſquientē / nihil hac plaga infeſtiꝰ atrox cęlū peruicaciq; inge-
nio hoīes. Igit̃ oīni tractu violētus hoſtis a dextris atq; leuis: & medio ſep-
tentrionis erupit / prima tranſalpes arma nr̃a ſenſere Salycū de incurſioni-
bus eorꝝ fidiſſima atq; amiciſſima ciuitas Maſſilia quereret. Allobroges de Maſſilia.
inde: & Auerni: cū aduerſus eos ſimilis Edueorū querele: opem & auxiliū
noſtrū flagitarēt / variuſq; victorię teſtis Yſara & Vindelicꝰ amnis: & im-
piger fluminū Rhodanus / maximꝰ barbaris terror elephāti fuere / imma
nitati gentiū pares. Nihil tam conſpicuū in triūpho q̄ rex ipſe bis viſus diſ-
coloribꝰ in armis: argenteoq; capento / qualis pugnauerat. Vtriuſq; victo
rię quod quantūq; gaudiū fuerat: vel hinc extimari poteſt: q̧ & Domicius Domiciꝰ Enobarbus.
Enobarbꝰ & Fabius Maximꝰ ipſis quibꝰ dimicauerāt locis ſaxeas erexere Fabiꝰ maximꝰ
turres / & deſuper exornata armis hoſtilibꝰ trophea fixere / cū his mos inuſi
tatus fuerit nr̃is. nunq̄ eñ. P.R. hoſtibꝰ domitis victoriā ſuā exprobrauit.

## BELLVM CIMBRICVM TEVTONICVM AC TIGVRINVM.

C Ymbri: Teutoni: atq; Tigurini ab extremis Gallię profugi/ cũ ter
ras eorũ inundaſſet oceanus/nouas ſedes toto orbe querebãt/exclu
ſiſq; & Gallia & Hiſpania/ cũ in Italiã remigrarẽt/ miſerũt legatos in caſtra
Syllani: Inde ad ſenatum petentes / vt Martius populus aliquid ſibi terrę
daret: quaſi ſtipendiũ/cęterum vt vellet manibus atq; armis ſuis vteretur.
Sed quas daret terras. P. R. agrarijs legibus intra ſe dimicaturus? Repulſi
igit̃ / quod nequiuerãt precibꝰ / armis petere cõſtituũt. Sed nec primũ im-

Syllanus Manilius Cepio a Cymbris victi.

petũ barbarorũ Syllanus / nec ſcdm Manilius / nec tertiũ Cepio ſuſtinere
potuerũt. Omnes fugati / exuti caſtris / actũ erat / niſi Mariꝰ illi ſeculo cõ
tigiſſet. Ille quoq; non auſus congredi ſtatim / militẽ tenuit in caſtris / do-
nec inuicta illa rabies & impetus/ quẽ ꝓ virtute barbari habẽt/ cõſeneſcere.
Receſſere igit̃ increpãtes / & tanta erat capiendę vrbis fidutia/ cõſulentes ſi
quid ad vxores ſuas mandarent. Nec ſegnius q̃ minati fuerãt/tripartito ag
mine per alpes. i. clauſtra Italię ferebant̃. Marius mira ſtatim velocitate oc-

Teutonas.

cupatis compendijs preuenit hoſtem. Prioreſq; Teutonas ſub ipſis alpium
radicibus aſſecutus / in locum quẽ aquas ſextias vocant / qua fide numinũ
prelio oppreſſit. Vallẽ fluuiũq; hoſtes tenebãt: noſtris aquarũ nulla copia.
Conſulto ne id egerit imperator an errorẽ in conſiliũ verterit: dubiũ. Cer-

Attẽ. ſtragem.

te neceſſitate acta virtus cauſa victorię fuit. Nam flagitante aquã exercitu/
viri inquit eſtis en illic habetis. Itaq; tanto ardore pugnatũ eſt: eaq; cedes
hoſtium fuit / vt victor Romanus de cruẽto flumine nõ plus aquę biberit

Teutobochus.

q̃ ſanguinis. Barbarorꝫ certe rex ipſe Teutobochꝰ quaternos ſenoſq; equos
tranſilire ſolitus / vix vnũ quo fugeret aſcendit / proximoq; in ſaltu cõpre
henſus / inſigne ſpectaculũ fuit. Quippe vir proceritatis eximie ſuper tro-

Cymbri in Italiã deſcendũt.

phea ipſa eminebat. Sublatis funditus Teuthonis in Cymbros conuertit̃.
Hi iam (quis crederet per hyemem/ que altius alpes leuat) Tridentinis iu
gis in Italiã prouoluti / ruina deſcẽderant. Ateſim flumen: nõ ponte nec na
uibus / ſed quadã ſtoliditate barbarica primũ corporibus aggreſſi poſtq̃
retinere amnẽ manibus & clypeis fruſtra temptauerãt / ingeſta obrutũ ſil-
ua tranſiluere / & ſi ſtatim infeſto agmine vrbẽ petiſſent / grande diſcrimẽ

Venetie laus.

eſſet. Sed in Venetia (quo fere tractu Italia molliſſima eſt) ipſa ſoli cęliq;
clemẽtia robur elanguit. Ad hoc panis vſu: carnis coctę / & dulcedine vini

Ubi Marius cũ Cymbris conflixit.

mitigatos Marius in tempore aggreſſus eſt. Iam diem pugne a Mario im-
peratore petierũt/et ſic proximũ dedit. In patiẽtiſſimo (quẽ Caudiũ vocãt)
cãpo ꝓcurrere. Milia deinde &. lx. ceciderũt Hinc cãpus tertio/ ꝓ oẽm diem

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-164106-p0042-3

cõcidit barbaris. Iſti q̃ȝ imperator addiderat virtuti dolũ / ſecut⁹ Hanniba lẽ/artẽq́ȝ Cannarũ: primũ nebuloſum nactus diẽ/ vt hoſti inopinat⁹ occur reret. Tũ ventoſum q̃ȝ: vt puluis in oculos & ora ferret. Tũ acie cõuerſa in orientẽ / vt q̃d ex captiuis mox cognitũ eſt: ex ſplẽdore galearũ: ac reper⸗ cuſſu: q̃ſi ardere cęlũ videret. Nec minor cũ vxorib⁹ eorũ pugna/ q̃ cũ ipſis fuit / cũ obiectis vndiq́ȝ plauſtris atq́ȝ carpẽtis / alte deſuper quaſi e turrib⁹ lanceis contiſq́ȝ pugnarẽt / perinde plus ſpecioſa mors earũ fuit / q̃ȝ pugna. Nam cũ miſſa ad Mariũ legatiõe libertatẽ ac ſacerdotiũ non impetraſſent: nec fas erat/ ſuffocatis eliſiſq́ȝ paſſim infantib⁹ ſuis/aut mutuis cõcidere vul nerib⁹ / aut vinculo e crinib⁹ ſuis facto / ab arborib⁹ iugiſq́ȝ plauſtrorũ pe penderũt. Beleus rex in acie dimicãs impigre / nec inultus occubuit. Tertiũ Tugurinorũ man⁹/ que quaſi in ſubſidio Noricos inſiderat alpiũ tumulos in diuerſa lapſi fuga ignobili & latrociniȷ́s euanuit. Hunc tam letũ tanq́ȝ fœ licẽ libertatis Italię aſſertiq́ȝ imperiȷ́ nunciũ/ nõ per hoĩes: vt ſolebat: popu lus accepit/ ſed per ipſos (ſi credere fas eſt) deos. Quippe eodẽ die quo geſ ta res eſt/viſi ꝓ ęde Caſtoris & Pollucis iuuenes laureati pretori lr̃as dare/ frequenſq́ȝ in ſpectaculo rumor victorię Cymbricę/ fęliciter dixit. Quo quid admirabili⁹? quidq́ȝ inſigni⁹ fieri põt? Quippe velut elata montib⁹ ſuis Roma: ſpectaculo belli intereſſet: q̃d in gladiatorio munere fieri ſolet/ vno eodẽq́ȝ momẽto: cũ in acie Cymbri occũberẽt/ ppl'ſ ĩ vrbe plaudebat.

*Atten. mulierũ audatiã.* — *Beleus rex.*

## BELLVM THRACIVM.

POſt Macedonas/ ſic diȷ́s placet/ Thraces rebellabãt ipſi quondã tri butariȷ́ Macedonũ/ nec in proximas modo ꝓuintias ꝯtenti incurre re / Theſſaliã: atq́ȝ Dalmatiã in Adriacũ mare vſq́ȝ venerũt: Eoq́ȝ fine con tenti quaſi interueniẽte natura cõtorta in ipſas aquas tela miſerũt. Nihil in⸗ terim per id oĩe tps reſiduũ crudelitatis fuit. In captiuos ſęuiẽtibus / litare diȷ́s ſanguine hũano / bibere in oſſib⁹ capitũ / & huiuſcemõi ludibrio fęda⸗ re mortẽ tam igni q̃ fumo. Parthus q̃ȝ grauidarũ extorquere tormẽtis. Sę⸗ uiſſimi oĩm Thracũ Scordiſci fuere: ſed callidis q̃ȝ ad robur acceſſerat/ ſil⸗ uarũ & montiũ ſitus cũ ingenio cõſentiebant. Itaq́ȝ nõ fuſus modo ab his aut fugat⁹/ ſed ſimili prodigio oĩno totus interceptus exercit⁹/ quẽ duxe rat Catho Didius vagos & libera populatiõe diffuſos / intra ſuam repulit Thraciã. Druſus vlterius egit / & vetuit tranſire Danubiũ. Minutius toto vaſtauit Hebro / multis quidẽ amiſſis / dum per perfidũ glacie flumẽ equi tatur. Piſo Rhodopẽ Caucaſumq́ȝ penetrauit. Curio Daciam tenus venit:

*Thracũ factũ⁹.* — *Scordiſci.* — *Cato Didius* — *Druſus* — *Minutius.*

Appius
Lucullus

ſed tenebras ſaltuū expauit. Appiꝰ in Sarmatas vſq; peruenit. Lucullus ad terminū gentiū: Tanain lacūq; Meotin. Nec aliter cruētiſſimi hoſtiū q̄ ſuis moribꝰ domiti. Quippe in captiuos igne ferroq; ſęuitū eſt. Sed nihil barbaris atrotius viſum eſt: q̄ ꝙ abſciſſis manibus relicti / viuere ſuperſtites pene ſuę videbantur.

## BELLVM MYTRIDATICVM.

Pontici reges
Mytridates.

P Onticę gētes ad ſeptentrionē in mare ſiniſtrū iacēt / a pontico cognominate mari. Harū gentiū atq; regionū: rex antiquiſſimus Aetas / poſt Artabarzes a ſeptē Perſis oriundꝰ / inde Mythridates oīm lōge maximus / quippe cū quattuor Pyrrho: xviij. anni Hannibali ſuffecerint: ille ꝑ. xl. annos reſtitit: donec tribus ingentibꝰ bellis ſubactus / fęlicitate Syllę: virtute Luculli: magnitudine Pompei cōſumeret̄. Cauſam quidē illiꝰ belli pretēderat apud Caſſiū legatū attrectari terminos ſuos a Nicomede Bithynico. Ceterū elatꝰ animꝰ ingētibus Aſię totius / & ſi poſſet: Europę cupiditate flagrabat: ſpem ac fiduciā dabāt vitia nr̄a / quippe cū ciuilibꝰ bellis diſiungeremur: inuitabat occaſio: Nudūq; imperij latus oſtendebāt procul Marius: Sylla / Sertorius. Inter hec reipu. vulnera & hos tumultꝰ / repente quaſi captato tp̄e / in laſſos ſimul atq; diſtrictos ſubitꝰ turbo Pontici belli ab vltima veluti ſpecula ſeptētrionis erupit. Primus ſtatim impetꝰ belli Bithyniā rapuit Aſia inde pari terrore correpta eſt: nec cunctāter ad regē ab vrbibus noſtris populiſq; deſcitū eſt. Aderat / inſtabat ſęuitia quaſi virtute vtebat̄.

Crudele Mythrydatis edictum.

Nam: quid atrotius: vno eius edicto cū oēs / qui in Aſia forēt / Romanę ciuitatis hoīes interfici iuſſit. Tū quidē domus templa & arę humana oīa atq; diuina iura violata ſunt. Sed hic terror Aſię Europā q̄z regi aperiebat. Itaq; miſſis Archelao Neoptolemoq; prefectis: excepta Rodo que ꝓ nobis firmiꝰ ſtetit. Ceterū Cyclades Delos Euboea: & ipſum grętię decus Athenę tenebant̄. Italiā iam ipſamq; vrbē Romā regius terror afflabat. Ita Lucius Sylla feſtinat vir armis optimꝰ / pariq; violētia ruentē vlterius hoſtem: manu quadā quaſi ipſiꝰ reppulit.

Athenarū fames.

Primūq; Athenas vrbē (quis crederet) frugū parentē: obſidione ac famę ad humanos cibos compulit / ſic illos quoq; ante / mox ſubruto Pyrei portu / ſex quoq; & ampliꝰ muris munito poſtq̄ domuerat / ingratiſſimos hoīm: vt ipſe dixit: in honorē tn̄ mortuorū ſacris ſuis famęq; donauit. Mox cum Euboea atq; Boetia preſidia regis diſpuliſſet:

Cheroma.
Orchomenon.

oīs copias vno apud Cheromā / apud Orchomenō altero bello diſſipauit. Statimq; in Aſiā tranſgreſſus ipm̄ opprimit / & debellatū etiam

foret / niſi de Mythridate triũphare cito ꝗ̃ vere maluiſſet: Ac tũ quidẽ hũc
Aſię ſtatũ Sylla dederat / ictũ cũ Ponticis fędus recepit. Bithiniã a rege Ni
comede / ab Ariobarzane Cappadociã / ac ſic vt erat / Aſia rurſus noſtra /
vt cęperat Mythridates tm̃ repulſus / itaqꝫ nõ fregit ea res Ponticos: ſed in
cendit. Quippe rex Aſia & Europa quodãmodo ineſcatus / non iam quaſi
alienã / ſed quia amiſerat / quaſi raptam belli iure repetebat. Igiť vt extincta
parũ fideliter incẽdia / maiore flamma reuiuiſcũt: ita ille de integro auctis
maiorẽ immodũ copijs / Tota deniqꝫ regni ſui mole in Aſiam rurſus / mari
terra fluminibuſqꝫ veniebat. Ciziců nobilis ciuitas: arce: męnibꝰ / portu: Cizicum.
turribuſqꝫ marmoreis Aſiaticę plagę littora illuſtrat. Hanc ille quaſi alterã
Romã totã inuaſerat bello. Sed fiduciã opidanis reſiſtẽdi nunciꝰ fecit / do-
cẽs aduẽtare Lucullũ: qui horribile dictu / per medias hoſtiũ naues vtre ſuſ
penſus: & pedibꝰ iter adgubernãs vidẽtibus ꝓcul / quaſi marina hiſtrix eua
ſerat / mox clade cõuerſa cũ ex mora obſidentẽ regẽ & ex famę peſtilẽtia vr
geret / recedentẽ Lucullꝰ aſſequiť / adeoqꝫ cecidit / vt Granicus & Aeſopus Lucul. celeritas et audacia.
amnes cruẽti redderenť. Rex callidus / Romanęqꝫ auaritię peritꝰ / ſpargi a Ubi victus
fugiẽtibus ſarcinas & pecuniã iuſſit / qua ſequẽtes morarenť: Nec infęlitior Mytridates
in mari: ꝗ̃ in terra fuga. Quippe centũ amplíꝰ & nauiũ claſſem / apparatũqꝫ
belli grauẽ / in pontico mari aggreſſa tẽpeſtas: tã fęda ſtrage lacerauit / vt
naualis belli inſtar efficeret. Plane quaſi Lucullꝰ quodã cũ fluctibꝰ ꝓcelliſ-
qꝫ cõmertio debellandũ tradidiſſe regẽ vẽtis videreť. Attrite iã oẽs validiſſi
mi regis vires erãt: ſed animꝰ malis angebať. Itaqꝫ cõuerſus ad ꝓximas gẽ
tes / totum pene orientẽ ac ſeptentrionẽ ruina ſua inuoluit. Hiberi: Capſij:
Albani: & vtreqꝫ ſollicitabanť Armenię: Perqꝫ oĩa & decꝰ / & nomẽ & titu
los Pompeio / ſua fortuna querebat. Qui vbi nouis motibꝰ ardere Aſiã vi
det / alioſqꝫ ex alijs ꝓdiere reges: nihil cunctandũ ratꝰ: priuſꝗ̃ inter ſe gen-
tiũ robora coirẽt: ſtatim põte nauibꝰ facto / oĩm ante ſe primus tranſit Eu-
phratẽ / regẽqꝫ fugientẽ media nactꝰ Armenia: quãta fęlicitas viri: vno ꝑlio
ꝯfecit / nocturna ea dimicatio fuit: & luna in partibꝰ qppe q̃ſi ꝯmilitãs / cũ a
tergo hoſtibꝰ: a facie Romanis ſe ꝓbuiſſet: Põtici per errorẽ longiꝰ cedẽtes Ubi nouiſſime
vmbras ſuas: q̃ſi hoſtiũ corpa petebãt. et Mythridates qdẽ nocte illa debel Mitrydates vic
latꝰ eſt. Nihil em̃ poſtea valuit: quanꝗ̃ oĩa expertꝰ more anguiũ / q obtrito tus.
capite poſtremũ cauda minanť. Quippe cũ effugiſſet hoſtẽ Colchos / Sici
lię quoqꝫ littora / & campaniã noſtram ſubito aduentu terrere voluit. Mox
ſubruto Pyrei portu Colchis tenꝰ iungere Boſphoron. Inde per Thraciã /

Macedoniā: & Gretiā trāſilire. Sic Italiā / nec opinat⁹ inuadere: tm̄ cogitauit. Nā per defectionē ciuiū Pharnaciſq; filij ſcelere preuent⁹ / male tentatū veneno ſpiritū: ferro expulit. Cneus interim magn⁹ rebelles Aſię relliquias ſequēs per diuerſa gentiū terrarūq; volitabat. Nunc ſub orientē ſecutus Armenios / captis in ipſo capite gētis Artaxatis / ſupplicem iuſſit regnare Tigranē At in ſeptentrione Schiticū iter tanq̄ in mari ſtellas ſecutus Colchos cecidit: ignouit Hyberię / pepercit Albanis / regē Colchorū / Orodē: poſitis etiā ſub ipſo Caucaſo caſtris iuſſit in plana deſcēdere. Arthocē / qui Hyberis imperabat / & obſides liberos dare / Oroden etiā remunerat⁹ eſt Vltro ab Albania ſua lectulū aureū & alia dona mittentē: Necnō & in meridiē verſo agmine Libanū Syrię: Damaſcūq; tranſgreſſus: per nemora illa odorata / per thuris & Balſami ſiluas Romana ſigna circūtulit. Arades ſi quid imperaret preſto fuere. Hieroſolimā defendere tentauere Iudei. Verū hāc q̄z: & intrauit & vidit illud grāde impię gētis archanū / patēs aureo vti cęlo. Diſſidētibus de regno fratrib⁹ arbiter factus / regnare iuſſit Hircanū: Ariſtobolo / quia rennuebat eā rem / cathenas dedit. Sic Pompeio duce P.R. totā qua latiſſima eſt Aſiā peruagat⁹ / quā extremā imperij habebat ꝓuintiā / mediā fecit. Exceptis quippe Parthis / qui fędus maluerunt: Et Indis: qui adhuc nos nō nouerāt om̄is Aſia inter Rubrū & Caſpiū / & oceanum Pompeianis domita vel oppreſſa ſignis tenebāt.

Pompei ſucceſſus.

Hircanus.

## BELLVM PYRATICVM.

Pyratarū ſucceſſus.

INterim dū P.R. per diuerſa terrarꝫ diſtract⁹ eſt: Cilices inuaſerāt / maria ſublatiſq; cōmertijs / rupto fędere gn̄is hūani ſic maria / bello quaſi tēpeſtate precluſerāt. Audatiā perditis: furioſiſq; latronib⁹ dabat / inquieta Mithrydatis prelijs Aſia: dū ſub alieni belli tumultu / exteriq; regis inuidia impune graſſant̄. Ac primū duce Iſodoro contenti proximo mari / Cretā inter atq; Cyrenas / Pyreū & Achaiā: ſinūq; Maleū / quē a ſpolijs / aureū ipſi vocauere / latrocinabant̄. Miſſuſq; in eos Publius Seruili⁹: quāuis leues & fugaces & myoparonas / graui & martia claſſe turbaret / nō incruenta victoria ſuperat. Sed nec mari ſubmouiſſe cōtentus / validiſſimas vrbes eorum / & diutina preda abundantes / Phaſelim & Olipon euertit. Yſauronq; ipſam artē Cilitię: vnde ꝯcius ſibi magni laboris / Yſaurici cognomē adamauit. Nō ideo tn̄ tot cladib⁹ domiti / terra ſe cōtinere potuerūt / ſed (vt quedā animalia / quib⁹ aquam terrāq; incolēdi gemina natura eſt) ſub ipſo hoſtis receſſu impatiētes ſoli / in aquas ſuas reſilierūt / & aliquādo

Phaſelis.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-164106-p0046-5

latius q̄ prius / ſic fęlix ille ante & dignus victoria Pompeius viſus eſt / & Mithrydaticę ꝓuincię facta acceſſio. Ille diſperſam toto mari peſtē ſemel & imperpetuū volēs extinguere / diuino quodā apparatu aggreſſus ē. Quippe cū claſſib⁹ ſuis: & ſocialib⁹ Rhodiorū abūdaret / plurib⁹ legatis atq; prefectis vtraq; ponti & oceani ora cōplexus eſt. Gellius Tuſco mari impoſit⁹. Ploti⁹ Siculo: Gratillius Liguſticū ſinū. Pompeius Gallicū obſedit. Torquat⁹ Balearicū. Tiberius Nero Gaditanū fretū: qua primū maris noſtri limen aperit. Lentulus Lybicū. Marcellinus Aegyptiū. Pompei iuuenes Adriaticum. Varro Terētius Egeum & Ponticū & Pamphiliū. Metellus: Aſiaticum Cepio. ipſas Propontidis fauces Portius Catho ſic obditis nauibus: quaſi portū obſeruauit: Sic per omnis ęquoris portus: ſinus: latebras: receſſus: promontoria: freta: peninſulas quicquid pyratarū fuit quadam indagine incluſum & oppreſſum eſt. Ipſe Pompeius in originē fontēq; belli Cilitiam verſus eſt. Nec hoſtes detractauere certamen / non ex fiducia / ſed quia oppreſſierāt auſi videbant / ſed nihil tū amplius q̄ vt ad primū ictū ꝯcurrerēt. Mox vbi circūfuſa vndiq; roſtra viderūt abiectis ſtatim telis remiſſq; / plauſu vndiq; pari (q̄d ſupplicantiū ſignū fuit) vitā petiuerunt. Non alia tā incruēta victoria vſi vnq̄ ſum⁹ / ſed nec fidelior in poſterū reperta gēs vlla eſt. Idq; ꝓſpectū ſingulari cōſilio ducis / qui maritimū gen⁹ a cōſpectu lōge remouit maris / & mediterraneis agris quaſi obligauit. Eodēq; tpe & vſū maris nauib⁹ recuperauit & terrę hoīes ſuos reddidit. Quid pri⁹ in hac mirere victoria velocitatē? ꝙ quadrageſimo die perta eſt: an fęlicitatē? ꝙ ne vna qdē nauis ammiſſa ē / an ꝑpetuitatē? ꝙ ampli⁹ pyratę nō fuerūt.

*Pompeiane classis legati.*

*Pōpeiane victorie velocitas.*

## BELLVM CRETICVM.

c Reticum bellū (ſi vera volum⁹ noſcere) nos fecimus / ſola vincendi nobilē inſulā cupiditate / fauiſſe Mithrydati videbat: hoc placuit armis vindicare. Primus inuaſit inſulā Marc⁹ Anthonius cū ingenti quidē victorię ſpe: atq; fidutia / adeo vt pluris cathenas in nauib⁹ q̄ arma portaret. Dedit itaq; pęnas vecordię. Nam pleraſq; naues intercepere hoſtes / captiuaq; corpora religata velis / ac funib⁹ pependere / ac ſic velificantes triumphantiū in modū Cretes: portib⁹ ſuis adremigauerūt. Metellus deinde totā inſulā igni ferroq; populat⁹ / intra caſtella & vrbes redegit: & Gnoſon / et Erytreā / & vt Greci dicere ſolēt: vrbiū matrē Cydonā. Adeoq; ſęue in captiuos conſulebant / vt veneno pleriq; ſeſe conficerent. Alij deditionē ſuā ad Pompeiū abſentē mitterēt. Et cū ille res in Aſia gerēs: eo q̄ꝫ ꝑfectū miſiſſet.

Metelli acerbitas in Cretes.

Anthoniū in illa ꝓuintia irritꝰ fuit: eoq; infeſtior Metellus in hoſtes ius victoris exercuit: victiſq; Laſthene & Panare Cydone ducibꝰ victor redijt: Nec quicq̄ ampliꝰ tñ: de tā famoſa victoria q̄ cognomē Creticū reportauit.

## BELLVM BALEARICVM.

q Vatenus Metelli Macedonici domus bellicis noībus aſſueuerat / Altero ex liberis eius Cretico facto / mora nō fuit / quin alter q̄ꝫ Balearicus vocaret̄. Baleares per idē tempꝰ inſulę pyratica rabie corruperat maria: hoīes feros atq; ſilueſtres mireris / auſos a ſcopulis ſuis ſaltē maria ꝓſpicere. Aſcēdere etiā incōditas rates / & prenauigātes: Subinde inopinato impetu terruere. Sed cū veniente ab alto romanā claſſem ꝓſpexiſſent: predā putantes auſi etiā occurrere / & primo impetu ingēti lapidū ſaxorūq; nymbo claſſeꝫ operuere. Tribꝰ quiſq; fundis preliat̄ / certos eſſe quis miret̄ ictꝰ / cū hęc ſola genti arma ſint / id vnū ab infantia ſtudiū / cibū puer a matre nō accipit / niſi quē ipſa monſtrante percuſſit. Sed nō diu lapidatione Romanos terruere / poſtq̄ cominus ventū eſt / expertiq; roſtra / & pila venientia / pecudum in morē / clamore ſublato pecierūt fuga littora / dilapſiq; in proximos tumulos querēdi fuerūt vt vincerent̄.

Baleares funde ſtudioſi.

## EXPEDITIO IN CYPRON.

a Derat fatū inſularū: Igit̄ & Cypros recepta ſine bello / inſulā veteribꝰ diuitijs abundantē / & ob hoc Veneri ſacrā Ptholemeꝰ regebat / & diuitiarū: tanta erat fama / nec falſo / vt victor gentiū populus & donare regna cōſuetus / Publio Clodio tribuno duce ſocij viuiq; regis cōfiſcationē mandauerit. Et ille quidē ad rei famā veneno fata precepit. Cęterū Portius Catho Cyprias opes liburnis per Tyberinū hoſtium inuexit / que res latius erariū populi Romani q̄ vllus triumphus impleuit.

Ptholemeus.

## BELLVM GALLICVM.

a Sia Pompei manibꝰ ſubacta: reliqua que reſtabāt in Europa: fortuna in Cęſarē tranſtulit. Reſtabāt aūt immaniſſimi gentiū / Galli atq; Germani / & quāuis toto orbe diuiſa / tñ qui vinceret habuit Britanniā Primus Gallię motꝰ: ab Heluetijs cępit / qui Rhodanū inter & Rhenū ſiti / nō ſufficiētibus terris / venere ſedes petitū incenſis mœnibꝰ ſuis: hoc ſacrum fuit: ne rediret̄. Sed petito tpe ad deliberandū: cū inter moras Cęſar Rhodani ponte reſciſſo / abſtuliſſet fugā: ſtatim bellicoſiſſimā gentē: ſic in ſedes ſuas: quaſi greges in ſtabula paſtorū / deduxit. Sequēs longeq; cruentior pugna Belgarū / quippe pro libertate pugnantiū. Hic cū multa Romanorū

Heluetij

Belge

militũ inſignia / tũ illud egregiũ ipſius ducis: ꝙ nutante in fuga exercitu /
rapto fugiẽtis e manu ſcuto: in primã volitãs aciẽ: manu preliũ reſtituit. In
de cũ Venetis etiã nauale bellũ / ſed maior cũ oceano: ꝗ̃ cũ ipſis nauibꝰ rixa. Veneti.
Quippe ille rudes & informes / & ſtatim naufrage / cũ roſtra ſenſiſſent / ſed
hęrebat in vado pugna / cũ ęſtibꝰ ſolitis / cũ ipſo certamine ſubductus ocea
nus / intercedere bello videretur. Ille quoqꝫ acceſſere diuerſitates pro gen⸗
tium locorumqꝫ natura / Aquitani callidum genus in ſpeluncas ſe recipie⸗ Aquitani.
bãt / iuſſit includi: mora dilabebant̃ / in ſiluas iuſſit incẽdi / nemo tm̃ fero⸗
ces dixerit Gallos / fraudibꝰ agunt. Indutiomarus Treueros / Ambiorix cõ Treueri.
uocauit Eburones / vtriqꝫ abſente Cęſare cõiuratione facta inuenere lega⸗ Eburones.
tos / ſed ille fortiter a Dolobella ſummotꝰ eſt / relatũqꝫ regis caput. Hic inſi
dijs in valle diſpoſitis dolo perculit / itaqꝫ & caſtra direpta ſunt: & aurũ ab
latũ. Cottã cũ Titurio Sabino legato amiſimꝰ / nec vlla de rege mox vltio / Cotta et Titurius Sabinus
Quippe perpetua trãs Rhenũ fuga latuit: nec Rhenus ergo immunis / nec
etiã fas erat / vt liber eſſet receptator hoſtiũ atqꝫ defenſor. Sed prima cõtra
Germanos illiꝰ pugna iuſtiſſimis quidẽ ex cauſis hec auide incurſionibꝰ eo
rũ querebant̃ / que Arioiuſti regis ſuperbia / cũ legati dicerẽt / veni ad Cę⸗
ſarẽ? quis eſt aũt Cęſar? & ſi vult veniat inquit / & quid ad illũ: quid agat
nr̃a Germania? nũ ego me interpono Romanis? Itaqꝫ tantus gẽtis nouę ter
ror in caſtris: vt teſtamẽta paſſim: & in principijs ſcriberent̃. ſed illa imma
nia corpora / quo erãt maiora: eo magis gladijs ferroqꝫ patuerũt. Qui ca⸗
lor in preliãdo militũ fuerit: nullo magis exprimi põt / ꝗ̃ ꝙ elatis ſupra ca⸗
put ſcutis: cũ ſe teſtudine barbarꝰ tegeret: ſuper ipſa Romani ſcuta ſalierũt /
& inde in iugulos gladijs deſcẽdebãt. Iterꝝ vno de Germano centenarij que Germani a Ceſare vincunt̃.
rebant̃. Hic vero iã Cęſar vltro Moſellã Nauali ponte tranſgredit̃: ip̄mqꝫ
Rhenũ: & Hyrcinijs hoſtẽ querit in ſiluis: ſed in ſaltus & paludes genꝰ om̄e
diffugerat / tm̃ pauoris incuſſit. intra ripam ſubito romana vis: nec ſemel
Rhenus: & iterũ q̃ꝫ & quidẽ ponte facto penetratꝰ eſt: ſed maior aliquãto
trepidatio: quippe cũ Rhenũ ſuũ ſic ponte quaſi iugo captũ viderẽt: fuga
rurſus in ſiluas & paludes / ſed quod acerbiſſimũ Cęſari fuit: non fuere qui
vincerent̃: om̄ibus terra mariqꝫ captis reſpexit oceanũ / & quaſi hic Roma
nis orbis nõ ſufficeret alterꝝ cogitauit. Claſſe igit̃ cõparata Britanniã petit: Britanniã Ceſar inuadit.
in Britanniã tranſit mira celeritate. Quippe qui tertia vigilia Morino ſol⸗
uiſſet a portu / minus ꝗ̃ medio die inſulã ingreſſus eſt: plena erãt tumultu
hoſtico littora / & trepidãtia ad conſpectũ rei nouę carpẽta volitabãt. Itaqꝫ

trepidatio ꝓ victoria fuit: arma & obſides accepit a trepidis/ & vlteriꝰ iſſet/ niſi improbā claſſeȝ naufragio caſtigaſſet oceanꝰ. Reuerſus igit̄ ad Galliā: claſſe maiore auctiſq́ȝ copiis in eundē rurſus oceanū/ eos deniq́ȝ rurſus Britannos/ Calydonias ſecutꝰ in ſiluas: vnū q̄ȝ e regibꝰ Cauelianis in vincula dedit/ ꝯtentꝰ his/ nō eīm ꝓuintię/ ſed noī ſtudebat̄: cū maiore q̄ prius preda reuerſus eſt. Ipſo q̄ȝ oceano trāquillo magis & ꝓpitio/ q̄ſi imparē ſe fateret̄.

Calydonie ſilue.

Sed maxima oīm eadēq́ȝ nouiſſima ꝯiuratio fuit Gallorū: cū oēs pariter Aruernos atq́ȝ Biturigas Carnuntas ſimul Sequanoſq́ȝ cōtraheret. Ille corpore/ armis/ ſpūq́ȝ terribilis/ noīe & quaſi terrore cōpoſito Vercingētorix/ ille feſtis diebꝰ & cōmicialibus/ cū frequētiſſimos in lucis haberet/ ferocibus dictis ad ius priſtinū libertatis erexit. Aberat tunc Cęſar Rauennę delectū agēs/ & hyeme creuerāt alpes ſic interclusum putabāt iter. Sed ille qualis erat? ad nunciū rei fęliciſſimę temeritatis per inuios ad id tps montiū tumulos/ ꝑ intactas vias & niues/ expedita manu emēſus/ occupat Galliā/ ex diſtantibꝰ hibernis caſtra ꝯtraxit. Et ante in media Gallia fuit q̄ ab vltima timeret̄. Tū ipſa capita belli aggreſſus vrbes: ſalua re cū quadraginta milibus ꝓpugnantiū ſuſtulit Aleſiā ducentorū quinquaginta milium iuuētute ſubnixam/ flāmis adequauit Circa Gergouiā tota belli moles fuit: quippe cū.lxxx.muro & arce/ & abruptis defenderent maximā ciuitatē vallo/ ſudibꝰ: & foſſa: inductoq́ȝ foſſe flumine ad hoc.xviij.caſtellis ingētiq́ȝ Lura circumdatā/ primū fame domuit/ mox audentē eruptiōes in vallo gladiis/ ſudibuſq́ȝ cōcidit/ nouiſſime in deditionē redegit. Ipſe ille rex maximū victorię decus/ ſupplex cū in caſtra veniſſet: tū & faleras & ſua arma ante Cęſaris genua proiecit/ Habes inquit fortē vir fortiſſime/ viciſti.

Vercingentorix rex.

Aleſia.

Gergouia.

## BELLVM PARTHICVM.

C Vm Gallos per Cęſarē in ſeptentrione debellat/ interim ad orientē graue vulnus a Parthis. P. R. accepit Nec de fortuna queri poſſumꝰ/ caret ſolatio clades/ aduerſus & diis & hoībus/ cupiditas cōſulis Craſſi: dum Parthico inhiat auro/ vndecim ſtrage legionū/ & ipſius capite mulctata eſt: ꝙ tribunus plebis Metellus exeuntē ducē hoſtibꝰ diris deuouerat. Et cum Zeugma tranſiſſet exercitꝰ: rapta ſubitis ſigna turbinibus hauſit Euphrates. Et cū apud Nicoforū caſtra potuiſſet/ miſſi ab Orode rege legati/ denūciauere percuſſorū cū Pompeio federū cōſiliaq́ȝ meminiſſet/ regiis inhiās ille theſauris: nihil ne imaginario quidē iure/ ſed Seleucie ſe reſpōſurū eſſe reſpōdit. Itaq́ȝ dii fędérū vltores/ nec inſidiis: nec virtuti hoſtiū

Vndecim legiones cū Craſſo delete.

defuerũt. Iam primũ qui ſolus & vehere cõmeatus / & munire poterat / a ter
go relictus Euphrates / dũ ſimulato tranſfuge cuidã Mazzere Syro credit. Mazzera.
Cũ in mediã camporũ vaſtitatẽ eodẽ duce ductus exercit⁹ vndiq; hoſti ex
poneret. Itaq; vix dũ venerat Carras: cum vndiq; prefecti regis Sylaces &
Surenas oſtẽdere ſigna / auro ſericiſq; vexillis vibrantia. Tũ ſine mora cir-
cumfuſi vndiq; equitat⁹ / in modũ grãdinis atq; ymbriũ denſa tela pariter
fuderũt. Sic miſerabili ſtrage deletus exercit⁹/ipſe in colloquiũ ſollicitatus/
ſigno dato viuus in hoſtiũ manus incidiſſet / niſi tribunis reluctantib⁹/ fu-
gã ducis barbari ferro occupaſſent. Sic quoq; relatũ caput / ludibrio hoſti
fuit. Filiũ ducis pene in cõſpectu patris eiſdẽ telis operuere. Reliquię infęli-
cis exercitus / quo quęq; rapuit fuga / in Armeniã: Ciliciã: Syriamq; diſ-
tractę vix nunciũ cladis retulerũt. Caput eius reciſum cũ dextera manu ad
regẽ reportatũ ludibrio fuit: neq; indigno. Aurũ em̃ liquidum in rictum Aurũ liquidus Craſſi rictui in
oris infuſum eſt: vt cuius animus arſerat auri cupiditate eius etiã mortuum fuſum.
& exangue corpus auro vteretur.

## ANACEPHALEOSIS.

h Ec eſt illa tertia ętas populi Ro. tranſmarina / qua Italia ꝓgredi au
ſus orbe toto arma circũtulit. Cui⁹ ętatis ſuperiores.c.anni: ſancti:
pij: & vt dixim⁹ aurei/ſine flagitio/ſine ſcelere/dũ ſincera adhuc & innoxia
paſtorię illi⁹ ſectę integritas/ dũq; Penorũ hoſtiũ imminẽs met⁹ diſciplinã
veterẽ cõtinebat. Poſtremi.c.q̃s a Carthaginis/ Corynthi/ Numãtięq; ex
cidijs/& Attali regis ĩ Aſiatica hereditate deduxim⁹ in Cęſarẽ et Pompeiũ/
ſecutũq; hos/de quo dicem⁹: Auguſtũ: vt claritate rerũ bellicaꝝ magnifici/
ita domeſticis cladib⁹ miſeri/ & erubeſcẽdi. Quippe ſicut Galliã: Thraciã:
Ciliciã vberrimas validiſſimaſq; ꝓuintias: Armenios etiã & Britannos/
vt nõ in vſu / ita ad imperij ſpeciẽ magna noĩa acquiſiſſe pulchrũ atq; deco-
rũ/ ita eodẽ tpe dimicaſſe/ domi cũ ciuib⁹/ ſocijs: mancipijs: gladiatorib⁹/
totoq; inter ſe ſenatu/turpe atq; miſerandũ. Ac neſcio an ſati⁹ fuerit populo
Ro. Sicilia et Affrica contentũ fuiſſe/ aut his etiã ipſis carere: dominãti Ita-
lia ſua/ q̃ eo magnitudinis creſcere/vt virib⁹ ſuis cõficeret. Que em̃ res alia
furores ciuiles peperit: q̃ nimia fœlicitas? Syria prima nos victa corrupit.
Mox Aſiatica Pergameni regis hereditas: ille opes atq; diuitię afflixere ſe
culi mores: merſamq; vitijs ſuis/ quaſi ſentinã remp. peſſundere. Vnde em̃ Ciuiliũ bellorũ cauſa.
P.R. a Tri. agros & cibaria flagitaret niſi per famẽ quã luxus fecerat. Hinc
ergo Gracchana: & prima & ſecũda / & illa tertia Apuleiana ſeditio. Vnde

regnaret de iudiciarijs legibus diuulſus a ſenatu eques? niſi ex auaritia: vt vectigalia reipu. atq; ipſa iudicia in queſtu haberent. Hinc rurſus & ꝓmiſſa ciuitas latio / & per hoc arma ſociorũ. Quid aũt bella ſeruilia? vnde nobis niſi ex abũdantia familiarum? vñ gladiatorij aduerſus dños ſuos exercit⁹: niſi ad cõciliandũ plebis fauorẽ / effuſa largitio. Cũ ſpectaculis indulget: ſupplitio quondã hoſtiũ: artẽ facit. Iã vt ſpecioſiora vitia tangam⁹. Nõne ambit⁹ honorum ab hiſdẽ diuitijs incitat⁹? Atq inde Mariana: inde Syllana poteſtas. Aut magnific⁹ apparat⁹ conuiuiorum et ſumptuoſa largitio: nõne ab opulẽtia paritura mox egeſtatẽ? hec Catilinã patrię ſuę impegit. Deniq; illa ipſa principatus et dñandi cupido vñ? niſi ex nimijs opib⁹ venit? Atq; hec Cęſarẽ atq; Pompeiũ furialib⁹ in exitiũ reip. facib⁹ armauit. Hos igit̃ populi Romani oẽs domeſticos mot⁹ ſeparatos ab ęternis iuſtiſq; bellis ex ordĩe ꝓſeq̄mur.

## DE LEGIBVS GRACCHANIS.

s Editionũ oĩm cauſam tribunitia poteſtas excitauit: qua ſpecie quidẽ plebis tuendę (cui⁹ in auxiliũ cõparata eſt) re aũt dominationẽ ſibi acquirens / ſtudiũ populi ac fauorẽ / agrarijs / frumẽtarijs: iudiciarijs: legib⁹ aucupat̃. Inerat oĩb⁹ ſpes eq̃tatis / q̃d tã iuſtũ eẽ: q̃ recipere plebẽ ius ſuũ a patribus ne pp̃l'us gentiũ victor orbiſq; poſſeſſor extorris / aris ac focis ageret. q̃d tã equũ q̃ inopẽ populũ viuere ex erario ſuo? q̃d ad ius libertatis equãdę magis efficax? q̃ vt ſenatu regẽte ꝓuintias: ordinis equeſtris auctoritas ſaltẽ iudiciorũ regno niteret̃. Sed hec ipſa in pernitiẽ redibãt / & miſera reſpu. in exitiũ ſuũ marceſcerat / & a ſenatu in equitẽ tranſlata iudiciorũ poteſtas / vectigalia. i. imperij patrimoniũ ſupprimebat. Et emptio frumẽti / ipſos reipu. neruos / exhauriebat erariũ: reduci plebs in agros: vnde poterat ſine poſſidentiũ euerſione? qui ipſi pars populi erãt? & tñ relictas ſibi a maioribus ſedes: ętate quaſi iure hereditario poſſidebãt.

Iudicia i equites tranſlata.

## SEDITIO TIBERII GRACCHI.

p Rimũ certaminũ facẽ Tiberius Gracchus accendit: genere: forma: eloquẽtia facile princeps: ſed hic ſiue Mantinianę deditionis / quia ſponſor fęderis fuerat / cõtagium timẽs / & inde popularis: ſiue equo & bono ductus / quia depulſam agris ſuis plebem miſeratus eſt: ne. P. R. gentiũ victor: vrbiſq; poſſeſſor / laribus ac focis ſuis exularet / & quacũq; mente rem auſus ingentẽ. poſtq; rogationis dies aderat / ingenti ſtipatus agmine / roſtra conſcendit: nec deerat obuia manu tota inde nobilitas: & tribuni in partibus: Sed vbi intercedẽte legibus ſuis Cneũ Octauiũ videt Gracchus/

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-164106-p0052-8

cõtra fas collegij : ius poteſtatis / iniecta manu : depulit roſtris / adeoq; pre ſenti metu mortis exterruit / vt abdicare ſe magiſtratu cogeret / ſic triũuir creatus diuidẽdis agris cũ ad perpetrãda cepta die comitioꝝ prorogari ſibi vellet imperiũ / obuia nobiliũ manu / eorũq; quos agris mouerat / cedes a foro cepit. Inde cũ in capitoliũ ꝓfugiſſet / plebẽq; ad defenſionẽ ſalutis ſuę / manu caput tangẽs / hortaret / prebuit ſpeciẽ regnũ ſibi et diadema poſcẽtis / atq; ita duce Scipione Naſica ꝯcitato in arma pp̄lo / qſi iure oppreſſus eſt.

Atten. Gracchi ferotiã in collegam.

Tiberij Gracchi cedes.

## SEDITIO CAI GRACCHI.

S Tatim & mortis & legũ fratris ſui vindex : nõ minore impetu incaluit Caiꝰ Gracchus / qui cũ pari tumultu atq; terrore plebẽ in auitos agros arceſſeret / & recentẽ Attali hereditatẽ in alimẽta pp̄lo polliceret. Iãq; nimiꝰ et potẽs altero tribunatu ſcda plebe volitaret : abrogare auſo legibus ſuis minutio tribuno / fretꝰ comitũ manu / fatalę familię ſuę capitoliũ inuaſit Inde ꝓximoꝝ cede depulſus / cũ ſe in Auentinũ recepiſſet / inde q̃ʒ obuia ſenatꝰ manu ab Opimio ꝯſule oppreſſus eſt. Inſultatũ q̃ʒ mortis reliquijs : & illud ſacroſanctũ caput tribuni plebis / percuſſoribꝰ auro penſatũ eſt.

Cai Gracchi interitus.

## SEDITIO APVLEIANA.

N Ihilominus Apuleius Saturninus Gracchanas aſſerere leges nõ deſtitit. Tantũ animorũ viro Marius dabat / qui nobilitati ſemper inimicus : cõſulatu ſuo preterea cõfiſus / occiſo palã cõmitijs Annio cõpetitore tribunatꝰ : ſubrogare conatus eſt in eiꝰ locũ Caium Gracchum / hoĩem ſine tribu / ſine nomine / ſed ſubito titulo in familiã ipſe ſe adoptabat : cum tot tantiſq; ludibrijs exultaret impunę : rogãdis Gracchorũ legibꝰ ita vehemẽter incubuit / vt ſenatũ quoq; cogeret in verba iurare / cũ abnuentibꝰ aqua & igni interdictũrũ ſe minaret : vnus tamen extitit qui mallet exilium. Igit poſt Metelli fugã omni nobilitate percuſſa / iam cum tertiũ annũ dominaretur / eo veſanię progreſſus eſt : vt cõſularia quoq; comitia noua cede turbaret. Quippe vt ſatellitem furoris ſui Glautiam cõſulem faceret : Caium Memmiũ cõpetitorẽ interfici iuſſit / & in eo tumultu regẽ ex ſatellitibꝰ ſuis appellatum / letus accepit. Tum vero iam cõſpiratione ſenatus / ipſo quoq; iam Mario cõſule ( quia tueri nõ poterat ) aduerſo / directe in foro acies / repulſus inde / capitoliũ inuaſit / ſed cũ abruptis fiſtulis obſideret / ſenatuiq; per legatos penitentię fidẽ faceret / ab arce digreſſus / cũ ducibus factionis receptus in curiã eſt / ibi in eum facta irruptione / populus fuſtibus / ſaxiſq; coopertum : in ipſa quoq; morte lacerauit.

Metelli exiliũ.

Saturnini interitus.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-164106-p0053-4

## DRVSIANA SEDITIO.

p Oſtremo Liuius Druſus / nō tribunatꝰ modo viribꝰ / ſed ipſiꝰ etiā ſenatꝰ auctoritate: totiuſqꝫ Italię ꝯſenſu / eaſdē leges aſſerere conatꝰ / dū aliud captat ex alio: tm̄ cōflauit incendiū / vt ne prima illiꝰ flāma poſſet ſuſtineri / & ſubita morte correptꝰ hereditariū in poſteros ſuos bellū proro garet / iudiciaria lege Caius & Tiberiꝰ Gracchi diuiſerāt populū Ro. & bi- cipitē ex vna fecerāt ciuitatē / Equites Romani tanta poteſtate ſubnixi / vt qui fata patrū vitaſqꝫ principū haberēt in manu / interceptis vectigalibus / peculabanť ſuo iure rempu. Senatꝰ exilio Metelli: damnatiōe Rutilij / debi- litatus / omne decus maieſtatis amiſerat. In hoc ſtatu rerum / pares opibus / animis / dignitate / vnde & nato Liuio Druſo emulatio acceſſerat / equitē Seruilius Cepio / ſenatū Liuius Druſus aſſerere / ſigna & aquile / & vexilla aderāt. Cęterꝝ ſic vrbe in vna: quaſi in binis caſtris diſſidebať. prior Cepio in ſenatū impetu facto / reos ambitꝰ / Scaurum & Philippū principes nobi litatis elegit. His vt motibus reſiſteret Druſus / plebē. Sed Gracchanis legi bus eiſdē. ſocios ad plebē ſpe ciuitatis erexit. Extat vox ipſius nihil ſe ad lar gitionē vlli reliquiſſe / niſi ſi quis aut cęnū diuidere vellet / aut cęlū. Aderat promulgandi dies / cū ſubito tanta vis hoīm vndiqꝫ apparuit / vt hoſtium aduentu obſeſſa ciuitas videreť. Auſus tamen abrogare de legibus conſul Philippus: ſed apprehenſum faucibus viator / non ante dimiſit / q̄ ſanguis & in ora & in oculos redundaret. ſic per vim late iuſſeqꝫ leges / ſed pretium rogationis ſtatim ſocij flagitare / cū interim imparē Druſum / ęgrūqꝫ rerū temere motarū / matura: vt in tali diſcrimine: mors abſtulit: nec ideo mi- nus ſocij promiſſa Druſi a populo Ro. repoſcere armis diſierūt.

Equitū peculatus.

Tribunitia vis

## BELLVM QVOD ADVERSVS SOCIOS GESTVM EST.

s Ociale bellū voceť licet / vt extenuemus inuidiā / ſi verū tamē volu mus: illud ciuile bellū fuit. Quippe cū. P. R. Ethruſcos / Latinos: Sabinoſqꝫ miſcuerit: & vnum ex oīnibus ſanguinē ducat / corpus fecit ex mēbris: & ex oīnibꝰ vnus eſt: nec minore flagitio ſocij citra Italiā / q̄ intra vrbē ciues rebellabāt. Itaqꝫ cū Tuſcie ciuitates / q̄s viribꝰ auxerāt ſocij iuſtiſ ſime poſtularēt / ad quā ſpem eos cupidine dominatiōis Druſus erexerat / poſtq̄ ille domeſtico ſcelere oppreſſus eſt / eadē fax que illū cremauit / ſoci- os in arma & in expugnationem vrbis accendit. Quid hac clade triſtius? quid calamitoſius? cū omne latium / atqꝫ Picenum / Ethruria omnis: atqꝫ

Qui ppl'i a Romano imperio defecerint.

Campania: poſtremo Italia cōtra matrē ac parentē ſuam vrbē cōſurgeret. Cum omne robur fortiſſimorū fideliſſimorūq; ſociorū: ſub ſuis quiſq; ſignis haberēt: municipalia iſta prodigia. Popedius: Marſos & etiā Latinos: Afranius Vmbros: totus ſenatus & cōſules Samniū: Lucaniamq; Theleſinus: cum regum & gentium arbiter populus / ipſum ſe regere nec poſſet / vt victrix Aſię Europęq; a Corfinio Roma peteret. Primum fuit belli in Albano monte conſiliū / vt feſto die latinarū Iulius Cęſar & Marc⁹ Philippus cōſules inter ſacra & aras imolarent. Poſtq̄ id nephas ꝑditione diſcuſſum eſt: Aſculo furor oīs erupit. In ipſa quidē ludorū frequentia trucidatis / qui tum aderant ab vrbe legatis. Hoc fuit impij belli ſacrum. Inde iam paſſim ab omni parte Italię / duce & auctore belli diſcurſante Popedio / diuerſa per populos & vrbes ſigna cecinere. Nec Hannibalis / nec Pyrrhi fuit tanta vaſtatio. Ecce Otriculū / ecce Grumentū / ecce Feſule / ecce Carſeoli reſerate / Nucerie & Picentij cedibus ferro & igne vaſtantur / fuſe Rutilij copie / fuſe Cepionis: Nam ipſe Iulius Cęſar exercitu amiſſo cū in vrbem cruentus referret miſerabili funere / mediā etiam vrbem peruiam fecit. Sed magna populi Ro. fortuna / & ſemper in malis maior / totis denuo viribus inſurrexit: aggreſſiq; ſingulos populos Catho diſcutit Ethruſcos / Gabinius Marſos: Carbo Lucanos: Sylla Samnites / Strabo vero Pompeius oīa flāmis ferroq; populat⁹ / nō prius finem cediū fecit / q̄ Aſculi euerſione manibus tot exercituū conſulariū direptarūq; vrbiū dijs litaret.

Popedius ſocialis belli dux.

Catho Gabinius Carbo Sylla. Pompeius Strabo romanorum duces.

## BELLVM SERVILE.

VTcunq; etſi cum ſocijs nephas / cum liberis tamen & ingenuis dimicatum eſt. Quis equo animo ferat in principe gentiū populo / bella ſeruorū? Primū ſeruile bellum inter initia vrbis Herdonio duce Sabino: in ipſa vrbe tentatum eſt: cum occupata tribunitijs ſeditionib⁹ ciuitate: capitolium obſeſſum eſt: & a conſule captum: Sed hic tumultus magis fuit q̄ bellum. Mox imperio per diuerſa terrarum occupato: quis crederet Siciliā multo cruenti⁹ ſeruili: q̄ Punico bello eſſe vaſtatā? terra frugū ferax? & q̄dammō ſuburbana ꝓuintia Latefundis: ciuiū latinoꝝ tenebat. Hic ad cultū agri frequētia ergaſtula cathenatiq; cultores materiā bello ꝑbuere. Syr⁹ quidā noīe Eunus (magnitudo cladiū facit vt meminerim⁹) fanatico furore ſimulato / dū Syrię deę cerimonias iactat / ad libertatē & arma ſeruos q̄ſi numinū imperio cōcitauit: idq; vt diuinit⁹ fieri ꝓbaret / in ore abdita nuce / quā ſulfure & igne ſtipauerat / leuiter inſpirās flāmmā int̄ verba fundebat.

Herdonius.

Eunus Syrus

Attē. Eunī Syri cōmentum.

Hoc miraculū primū duo milia ex obuijs / mox iure belli refractis ergaſtulis. lx. ampli⁹ miliū fecit exercitū: Regijſq₃ (ne quid malis deeſſet) decoratus inſignib⁹: caſtella: oppida: vicos miſerabili direptione vaſtauit. Illud q̄₃ in vltimū belli dedec⁹ / capta ſunt caſtra pretoꝝ / nec noīare ipſos pudet / caſtra Mannilij / Lentuli: Piſonis: Hipſei. Itaq₃ qui per fugitiuos diſtrahi debuiſſent: ꝑtorios duces ꝓfugos prelio ipſi ſequebant̄. Tandē Perpenna imperatore ſupplitiū de eis ſumptū eſt. Hic eñ victos: & apud Ennā nouiſſime obſeſſos / cū famę q̄ſi peſtilētia cōſumpſiſſet / reliquias latronū cū pedibus cathenis religauit: crucibuſq₃ puniuit: Fuitq₃ de ſeruis ouatione cōtentus: ne dignitatē triūphi ſeruili inſcriptiōe violaret. Vix dū reſpirauerat in ſula / cum ſtatim a ſeruis & a Syro redit̄ ad cilicē Athenio paſtor interfecto dño: familiā ergaſtulo liberatā ſub ſignis ordinat / ipſe veſte purpurea / argenteoq₃ baculo / & regiū in morē / frōte redimita / nō minorē q̄ ille fanatic⁹ prior cōflat exercitū / acriuſq₃ multū / q̄ſi & illū vindicaret. vicos: caſtella: oppida diripiēs: in dños: in ſeruos infeſtius / q̄ in tranſfugas ſ[e]uiebat. Ad hoc quoq₃ pretoris exercit⁹ ceſi / capta Seruilij caſtra / capta Luculli: Sed Aquilius Perpenne vſus exēplo interclusum hoſtē cōmeatib⁹ ad extrema cōpulit / cōminutaſq₃ copias armis / famę facile deleuit. Dedidiſſentq₃ ſe: niſi ſuppliciorꝝ metu voluntariā mortē ꝑtuliſſent. Ac ne duce quidē ſupplitiū exigi potuit / quāuis in manus venerit / quippe dū circa ad deprehendendum eū multitudo contēdit / inter rixantiū manus quaſi preda lacerata eſt.

Athenionis inſignia.

Seruiles copie delete.

## BELLVM SPARTACVM.

e Nimuero ſeruiliū armorū dedec⁹ feras? Nam & ipſi per fortunā in oīa obnoxij: tū quaſi ſecundū hoīm genus ſunt / & in bona libertatis noſtrę adoptant̄ / Bellū Spartaco duce ꝯcitatū / quo noīe appellē neſcio. Quippe cū ſerui militauerint / gladiatores imperauerint / illi infimę ſortis hoīes / hi peſſimā auxere ludibrio calamitatē Spartacus / Chriſus / & Oenomaus / effracto Lentulo ludo: cū ſeptuaginta aut ampli⁹ eiuſdē fortunę viris eruperūt capua / ſeruiſq₃ ad vexillū & ad auxiliū vocatis / cū ſtatim decē amplius milia coiſſent hoīes nō modo effugiſſe cōtenti / iam vindicari etiā volebāt. Prima velut ara thuris / mōs Veſuuius placuit. Ibi cū etiā obſiderent̄ a Clodio Glabro: per fauces caui montis vitigineis dilapſi vinculis ad imas eius deſcēdere radices / & exitu in vno nihil tale opinātis ducis / ſubito impetu caſtra rapuere / inde alia caſtra / deinceps Chorā / totāq₃ peruagant̄ Campaniā / nec villarū atq₃ vicorū vaſtatiōe cōtenti / Nolā atq₃ Nuceriā /

Spartacus Chriſus Oenomaus

Veſuuius.

Turios atq; methapontum terribili ſtrage populant̄/ affluentibus in diem copijs. Cum iam eſſet iuſtus exercit⁹ e viminibus pecudūq; tegumētis inconditos ſibi clypeos / & ferro ergaſtulorū recocto/ gladios ac tela fecerūt. Ac ne quod decus iuſto deeſſet exercitui: domitis obuijs gregibus paratur equitatus / captaq; de pretoribus inſignia & faſces ad ducem detulere / nec abnuit ille de ſtipendiario. Thrace miles: de milite deſertor/ inde latro/ deinde in honore virium gladiator / qui defunctorum quoq; prelio ducum funera / imperatorijs celebrauit exequijs / captiuoſq; circa rogum iuſſit armis depugnare. Quaſi plane expiaturus omne preteritum dedecus: ſi de gladiatore munerator fuiſſet. Inde iam cōſulares q̄z aggreſſus in Apenino Lentuli exercitum cecidit. apud Mutinā Caij Caſſij caſtra deleuit. Quib⁹ elatus victorijs de inuadēda vrbe Romana ( quod ſatis eſt turpitudini noſtrę) deliberauit. Tandem etiam totis viribus contra Mirmillonē cōſurgit̄/ pudorēq; romanū Licinius Craſſus aſſeruit/ a quo pulſi fugatiq;/ pudet dicere / hoſtes in extrema Italię conſurrexerūt / ibi circa Brutium Angulum clauſi / cum fugā in Siciliam pararent / neq; nauigia ſuppeterēt: rateſq; ex cratibus / & dolia cōnexa virgultis in rapidiſſimo freto fruſtra experirent̄. tandem eruptione facta / dignā viris obiere mortē / & quod ſub gladiatore duce oportuit / ſine miſſione pugnatum eſt. Spartachus ipſe in primo agmine fortiſſime dimicans / quaſi imperator occiſus eſt.

Munerator.

Spartaci interitus.

## BELLVM CIVILE MARIANVM.

h Oc deerat vnū populi Ro. malis: iā vt ipſe intra ſe parricidiale bellū domi ſtringeret/ & in vrbe media ac foro q̄ſi harena/ ciues cū ciuib⁹ ſuis gladiatorio more cōcurrerent. Equiore aīo vtcūq; ferrē/ ſi plebei duces / aut ſi nobiles/ mali ſaltē: ducatū ſceleri prebuiſſent. Cū vero proh facinus: qui viri: qui imperatores decora & ornamēta ſeculi ſui Marius & Sylla peſſimo facinori / ſuā etiā dignitatē prebuerūt: trib⁹ ( vt ſic dixerim ) ſiderib⁹ agitatū eſt. Primo & leui & modico: tumultu maiore q̄ bello / intra ipſos armorū duces ſubſiſtēte ſęuitia. Mox atroti⁹ & cruētius p̄ totius viſcera ſenatus graſſante victoria. Vltimū nō ciuicā modo / ſed hoſtilē q̄z rabilē ſupergreſſum eſt / cum armorū furor totius Italię totius viribus niteretur/ eo vſq; odijs ſęuiētibus: donec deeſſent: qui occiderent̄. Initiū & cauſa belli inexplebilis honorū Marij fames/ dū decretā Syllę prouintiā Sulpicia lege ſollicitat. Sed impatiēs iniurię ſtatim Sylla: legiōes circūegit / dilatoq; Mitrydate Exquilia Collinaq; porta geminū agmē vrbi infudit. Vn̄ cū ſubito

Cauſa primi ciuilis belli.

Sulpitius & Albinouanꝰ obieciſſent cateruas / ſudeſq; / & ſaxa vndiq; a mœ-
nibus ac tela iacerent̄: ipſe quoq; iaculatꝰ incēdio viā fecit / arcēq; capitolij /
que Penos quoq; / Gallos etiā Senonas euaſerat / quaſi captiuā victor inſe-
dit: cū ex cōſulto ſenatus aduerſarijs hoſtibꝰ iudicatis / in preſentē tribunū:
alioſq; diuerſę factionis iure ſeuitū eſt. Mariū ſeruilis fuga exemit / immo
fortuna alteri bello reſeruauit. Cornelio Cinna Cneo Octauio cōſulibus /
male obrutū reſurrexit incendiū / & quidē ab ipſorū diſcordia / cū de reuo-
candis / quos ſenatꝰ hoſtes iudicauerat: ad populū referret̄: cincta quidem
gladijs cōtione / ſed vincentibꝰ / quibꝰ pax & quies potior / ꝓfugus patria
Cinna vrbe pellitur. ſua Cinna cōfugit ad partes: Redit ab Affrica Mariꝰ clade maior: ſiquidē
carcer / cathenę: fuga: exiliū horrificauerāt dignitatē / itaq; ad nomē tanti
viri late concurrit̄ / ſeruitia proh nephas: & ergaſtula armant̄: & facile inue
Hoſtia ciuitas non longe ab vrbe. Cinna Marius Carbo Sertorius nit exercitū miſer imperator. Itaq; vi patriā repoſcēs / vnde vi fuerat expul
ſus / poterat videri iure agere: niſi cauſam ſuā ſęuitia corrūperet: ſed cū dijs
hominibuſq; infeſtus rediret / ſtatim primo impetu cliēs & alumna vrbis
hoſtia nefanda ſtrage diripit̄. Mox in vrbē quadruplici agmine intrat̄ / di-
uiſere copias Cinna / Marius / Carbo / Sertorius. Hic poſtq̄ manus oīs Oc
tauij depulſa Ianiculo eſt / ſtatim ad principū cedē ſigno dato aliquāto ſęui
us / q̄ aut in Punica / aut in Cymbrica vrbe ſęuit̄. Octauij cōſulis caput pro
Senatorum cedes. roſtris exponit̄ / Anthonij cōſularis in Marij ipſius menſis / Cęſar & Fim-
bria in pęnatibus domorū ſuarū trucidant̄ / Craſſi pater & filius in mutuo
alter alterius aſpectu. Bebiū atq; Numitoriū per mediū forū vnci traxere
carnificū / Catulus ſe ignis hauſtu ludibrio hoſtiū exemit. Merula flamen
dialis in capitolio Iouis ipſius oculos venaꝝ cruore reſperſit. Arcarius ipſo
vidēte Mario cōfoſſus eſt / quia fatalē illam ſcilicet manum nō porrexerat
ſalutanti. Hec tot ſenatus funera intra Calendas & Ydus Ianuarij menſis /
ſeptima illa Marij purpura dedit. Quid futurū fuit / ſi annū conſularis im-
pleſſet. Scipione Norbano quinto conſule / Tertius ille turbo ciuilis inſanię
toto furore detonuit. Quippe cū hinc octo legiones. Inde quingēte cohor-
tes ſtarent in armis. Inde ab Aſia cum victore exercitu Sylla properat / &
ſane cum tam ferus in Syllanos Marius fuiſſet / quanta ſęuitia opus erat / vt
Sylla de Mario vindicaretur. Primum apud Capuam ſub amne Vlturno
ſigna concurrunt / Et ibi ſtatim Norbani fuſus exercitus / ſtatim omnes
Scipionis copię oſtentata ſpe pacis oppreſſę. Tum Marius iuuenis & Car-
bo conſules / quaſi deſperata victoria ne inulti perirent / ſanguine ſenatus

ſibi parentabant / obſeſſaqꝫ curia / ſic de ſenatu quaſi de carcere qui iugula-
rentur educti. Quid funerũ in foro / in circo: in patentibꝰ tẽplis? Nam cũ
Mutius Sceuola pontifex Veſtales amplexus aras tantũ. Non eodẽ igne ſe
pelit. Lamponiꝰ atqꝫ Theleſinꝰ Samnitũ duces / atrotiꝰ Pyrrho & Hanni- Lamponius. Theleſinus
bale Campaniã Ethruriãqꝫ populant / ⁊ ſub ſpetie partiũ ſe vindicãt. Apud
Sacriportũ / Collinãqꝫ portã debellate oẽs hoſtiũ copie. Ibi Marius / hic
Theleſinꝰ oppreſſi / nec idẽ tñ cediũ: qui bello / finis fuit. Stricti eñ & in pa
ce gladij / aĩaduerſumqꝫ in eos / q ſe ſpõte dederãt nõ minꝰ eſt: quod apud
Sacriportũ / apud Collinã. lxx. ampliꝰ milia Sylla ꝯcidit / bellũ erat. Quat
tuor milia deditorũ inermiũ ciuiũ in via publica interfici iuſſit. iſti tot in pa
ce nõ plures ſunt. Quis aũt illos põt cõputare / qs in vrbe paſſim qſquis vo
luit occidit? donec admonẽte Furſidio: viuere aliqs debere / vt eſſent quibꝰ
imperarẽt / ꝓpoſita eſt ingẽs illa tabula / & ex ipſo equeſtris ordinis flore ac
ſenatu duo milia electi: qui mori iuberent: noui gñis edictũ: piget poſt hec
referri ludibrio habita fata Carbonis / fata Sorani / Pretoris atqꝫ Venulei /
Bebium ſine ferro ritu ferarũ inter manus laceratũ. Mariũ ducis ipſius fra-
trẽ apud Catuli ſepulchrũ / oculis / manibus cruribuſqꝫ defoſſis ſeruatũ ali
quãdiu / vt per ſingula membra moreret / poſitis ſingulorũ hoĩm fere pęnis
municipia Italię ſplendidiſſima ſub haſta venerunt Spoletũ / Interamnũ:
Preneſte: Fluentia: Nam Sulmonẽ vetus opidũ sociũ atqꝫ amicũ / facinus
indignũ / nondũ expugnatũ / vt obſides iure belli: & modo morti damna
ti / duci iubent ſic damnatã ciuitatẽ iuſſit Sylla deleri.

## BELLVM SERTORIANVM.

b Ellum Sertorianum quid aliud / q̃ Syllanæ proſcriptionis heredi- Sertorij errores.
tas fuit? hoſtile potius an ciuile dixerim neſcio. Quippe qꝛ Luſitani
Celtiberiqꝫ romano ceſſerint duce: exul & profugus feralis illius tabulæ
vir: ſumme quidẽ / ſed calamitoſæ virtutis: malis ſuis maria terraſqꝫ per-
miſcuit: etiã Affricę: & iã Balearibus inſulis fortunã expertus / miſſuſqꝫ in
Oceanũ: fortunataſqꝫ inſulas penetrauit / tandẽ Hiſpaniã armauit: vir cũ
viris facile cõuenit / nec aliter magis apparuit Hiſpani militis vigor / quã
Romano duce: quanq̃ ille non contentus Hiſpania / ad Mithrydatẽ quoqꝫ
Ponticoſqꝫ reſpexit / regẽqꝫ claſſe iuuit / & quicquid futurũ fuit / ſatis tanto
hoſti / vno imperatore reſiſtere res romana non potuit. Additus Metello
Cneus Pompeiꝰ / hi copias viri diu & ancipiti ſemꝑ acie attriuere / nec tamẽ
prius bello: q̃ ſuorum ſcelere & inſidijs extinctus / Copias eius prope tota

Hiſpania perſecuti / diu & ancipiti ſemꝑ acie dimicauerũt. Prima per legatos certamina habita / cũ hic Domiti⁹ & Horius: inde Herculei ꝓluderẽt / mox his apud Segoniã / illis apud Anã flumẽ oppreſſis / ipſi duces comin⁹ inuicẽ experti / apud Laurõnẽ atqꝫ Sucronẽ equauere clades. Tum illis ad populationẽ agrorũ: his ad vrbiũ excidia cõuerſis / miſera inter romanos duces Hiſpania diſcordię pęnas dabat / donec oppreſſo domeſtica fraude Sertorio / victo deditoqꝫ Perpenna / ipſe q̃ꝫ in romanã fidẽ venere vrbes: Oſta / Termeſtudia: Valentia: Auxima / & in fame nihil nõ experta Calagurtis. Sic recepta in pacẽ Hiſpania / victores duces externũ id magis / ꝗ̃ ciuile bellum videri voluerũt / vt triumpharent.

Sertori⁹ ſuoꝝ fraude oppreſſus eſt.

## BELLVM CIVILE SVB LEPIDO.

m Arco Lepido / Quinto Catulo conſulibus / ciuile bel[lũ] pene citius oppreſſum eſt / ꝗ̃ inciperet. Sed quantũ lateqꝫ fax illi⁹ mot⁹ ab ipſo Sylle rogo exarſit. Cupidus nanqꝫ rerũ nouarũ per inſolentiã Lepid⁹ acta tanti viri reſcindere parabat / nec immerito ſi tamẽ poſſet ſine magna clade reip. Nam cũ iure belli Sylla dictator ꝓſcripſiſſet inimicos / qui ſupererãt / reuocãte Lepido / quid aliud: ꝗ̃ ad bellũ vocabant̃. Cum damnatorũ ciuiũ bona addicẽte Sylla / quãuis male capta / iure tñ repetitio eorũ ꝓculdubio labefactabat cõpoſitã ciuitatẽ. Expediebat ergo quaſi ęgrę ſaucieqꝫ reipu. requieſcere quomodocũqꝫ / ne vulnera curatione ipſa reſcinderent̃. Ergo cũ turbidis cõtionib⁹ velut claſſico ciuitatẽ terruiſſet: ꝓfectus in Ethruriã arma inde & exercitũ vrbi admouerat. Sed iã Miluiũ pontẽ: colleqꝫ Ianiculũ Luctatius Catul⁹: Cneus Pompeius: Syllęqꝫ dominationis duces atqꝫ ſigniferi alio exercitu inſiderãt. A quib⁹ primo ſtatim impetu retropulſus / hoſtiſqꝫ a ſenatu iudicatus / incruẽta fuga Ethruriã: inde Sardiniã receſſit. Ibi quoqꝫ morbos & pęnitentia interijt. Victores: ꝙ non tenuere alijs in ciuilibus bellis / pace contenti fuerunt.

Lepidi motus poſt Sylle interitum.

Finis Tertij Libri.

# LVCII FLORI EPITOMATIS LIBER QVARTVS.

## BELLVM CATILINE.

c Atilinã luxuria primũ / tũ hinc cõflata ęgeſtas rei familiaris / ſimul occaſio / ꝙ in extremis finib⁹ mũdi: arma romana peregrinabant̃ / in nefaria cõſilia opprimẽdę patrię ſuę cõpulere / ſenatũ cõfodere / conſules trucidare / diſtringere incẽdijs vrbẽ: diripere erariũ / totã deniqꝫ rẽpu. funditus tollere / & quicquid nec Hannibal videret̃ optaſſe. Quib⁹ o nephas:

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-164106-p0060-3

ſocijs aggreſſus eſt? ipſe patricius? ſed hoc minus eſt Curij: Porcij Syllę: Cethegi/ Anthonij/ Varguntei: atq̧ Longini. que familię? que ſenat⁹ inſignia? Lentulus q̄z tūc maxime pretor hos oīs immaniſſimi facinoris ſatellites habuit. Additū eſt pignus cōiuratiōis ſanguis human⁹/ quē circumlatū pateris bibere ſummū nefas/ niſi ampli⁹ eſſet: ꝓpter q̄d biberūt. Actū erat de pulcherrimo imperio / niſi illa cōiuratio in Ciceronē & Anthoniū cōſules incidiſſet: quoꝝ alter induſtria rē patefecit: alter manu oppreſſit. Tanti ſceleris iudiciū per Fuluiā emerſit: viliſſimū ſcortū. ſed patricijs innocens / cōſul habito ſenatu in preſentē parricidiā reū Cicero perorauit/ ſed nō amplius ꝓfectū/ q̄ vt hoſtis euaderet: ſeq̧ palā ꝓfeſſo incendiū ſuū reſtinctu-rū ruina minaret̄. Et ille quidē ad preparatū a Manlio in Ethruria exercitū ꝓficiſcit̄/ ſigna illatur⁹ vrbi. Lentulus deſtinatū familię ſuę Sybillinis verſibus regnū ſibi vaticinās: ad preſtitutū a Catilina diē / vrbe tota viros / faces: tela diſponit: Nec ciuili cōſpiratione cōtentus: legatis Allobrogū/ qui tum forte aderant / in arma ſollicitatis. Et iſſet vltra alpes furor: niſi altera ꝓditione Vulturcij pretoris lr̄ę tenerent̄. Statim Ciceronis imperio iniecta eſt barbaris man⁹: Palā pretor in ſenatu cōuincit̄: de ſupplicio agentibus. Cęſar parcendū dignitati. Catho aniaduertendū pro ſcelere cenſebat / quā ſententiā ſecutis oībus in carcere parricide ſtrangulant̄: quāuis parte cōiuratiōis oppreſſa / tn̄ ab incepto Catilina nō deſtitit / ſed infeſtis ab Ethruria ſignis patriā petēs/ obuio Anthonij exercitu opprimit̄: q̄ atrociter dimicatū ſit: exit⁹ docuit. Nemo hoſtiū bello ſuperfuit/ quē quis: in pugnādo ceperat locū / eū amiſſa aīa corpore tegebat. Catilina lōge a ſuis inter hoſtiū cadauera repertus eſt pulcherrima morte / ſi pro patria cōcidiſſet.

Attē. fedus humano ſanguine ſancitū.

Fuluia.

Allobrogū indicium.

Catilina occiditur.

## BELLVM CESARIS ET POMPEI.

i Am pene toto orbe pacato / maius erat imperiū Romanū: q̄ vllis externis virib⁹ extingui poſſet. Itaq̧ inuidēs fortuna: principi gentium populo/ ipm̄ illū in exitiū ſuū armauit / ac Mariana quidē Cinnanaq̧ rabies intra vrbē precluſerat / quaſi experiret̄ Syllana tēpeſtas. Lati⁹ intra Italiā tum detonuerat Cęſaris furor atq̧ Pompei/ vrbē/ Italiā: gentes: nationes: totū deniq̧ qua patebat imperiū: quodā quaſi diluuio & cū inflammatione corripuit. Adeo vt nō recte tm̄ ciuile dicat̄: ac ne ſociale quidē/ ſed nec externū/ ſed poti⁹ cōmune quoddā ex oībus/ & pluſq̄ bellū. Quippe ſi duces eius inſpicias / totus ſenat⁹ in partib⁹/ ſi exercit⁹ hinc. xi. legiones / inde. xviij. flos oīs & robur Italici ſanguinis: ſi auxilia ſociorū: hinc Gallici

Auxiliares Ceſaris: et Pompei copie.

Germanicqꝫ delectus / inde Deiotarus / Ariobarzanes / Tarchon / Dimo⸗
tus / Corinthus / omnis Thraciæ / Cappadociæqꝫ / Ciliciæ / Macedonię /
Gręcię / Italię totiuſqꝫ robur orientis / ſi morã belli quattuor annis / & pro
clade rerum breue tempus / ſi locum & ſpatium vbi commiſſum eſt: intra
Italiã / Inde ſe in Galliã / Hiſpaniãqꝫ deflexit / reuerſumqꝫ ab occaſu totis
viribus in Epyro Theſſaliaqꝫ cõſedit / hinc in Aegyptũ ſubito tranſiliuit /
inde reſpexit Aſiã / Affricæ incubuit / poſtremo in Hiſpaniã remigrauit /
& ibi aliquãto defecit / ſed nõ & odia partiũ finita cũ bello. Non enĩ prius
quieuere / q̃ in vrbe ipſa medio ſenatu eorũ qui victi erãt odia / victoris ſeſe
cede ſaciarent. Cauſa tantę calamitatis eademqꝫ omniũ / nimia fęlicitas. Si⸗
Q. Metellus. L. Affranus. quidem. Q. Metello. & Lucio Affranio cõſulibus / cum romana maieſtas
toto orbe polleret / recẽteſqꝫ victorias / Ponticos & Armenios triumphos /
in Pompeianis theatris Roma cantaret: nimia Pompei potẽtia apud ocio
ſos / vt ſolet: ciues: mouit inuidiã Metellus ob imminutũ Crete triumphũ.
Catho aduerſus potẽtes ſemper obliquus: detractare Pompeium: actiſqꝫ
eius obſtrepere. Hic dolor tranſuerſum egit / & ad preſidia dignitati paran
da impulit. Forte tunc Craſſus genere: diuitijs / dignitate florebat / vellẽt
tamẽ auctores opes Caius Cęſar eloquẽtia & ſpiritu / etiã iam cõſulatu alle
Cõſpiratio Põpei Craſſi & Ceſaris. uabaẽ. Pompeius tamen ſuper vtrunqꝫ eminebat. Sic igiẽ Cęſare dignitatẽ
cõparare / Craſſo augere / Pompeio retinere cupientibꝰ / omĩbuſqꝫ pariter
potẽtię cupidis: de inuadẽda rep. facile cõuenit. Ergo cũ mutuis viribus in
ſuũ quiſqꝫ decus nitereẽ / Galliã Cęſar inuadit / Craſſus Aſiã / Pompeius
Hiſpaniã Tres maximos exercitꝰ: & iam ſic orbis imperiũ ſocietate trium
principũ occupaẽ: decẽ annos traxit iſta dominatio / exinde qm̃ mutuo me
tu tenebanẽ. Craſſi morte apud Parthos / & morte Iulię Cęſaris filię / que
nupta Pompeio / generi ſocerique cõcordiã matrimonij fędere tenebat: ſta⸗
tim emulatio erupit. Iã Põpeio ſuſpectę Cęſaris opes / & Cęſari Põpeiana
dignitas grauis: nec hic ferebat parẽ / nec ille ſuperiorẽ: nephas? ſic de prin
Lentulꝰ & Marcellus cõſules. cipatu laborabãt / tanq̃ duos tãti imperij fortuna nõ caperet. Ergo Lẽtulo
Marcelloqꝫ ꝯſulibꝰ / rupta prima ꝯiurationis fide / de ſucceſſione Cęſaris ſe
natꝰ / ideqꝫ Pompeius agitabat / nec ille abnuebat / ſi ratio ſui ꝓximis comi
tijs habereẽ ꝯſulatꝰ abſenti / quẽ decẽ tribus fauẽte Pompeio nuper decreue
rant. Tum diſſimulante eodem negabant. veniret & peteret maiorũ more.
Ille contra / flagitare decreta / ac niſi in fide permanerent / non ſe dimittere
exercitũ. Ergo vt in hoſtem decernitur. His Cęſar agitatus: ſtatuit premia

armorū armis defendere. Prima ciuilis belli harena Italia fuit / cuius arces
leuibus preſidijs Pompeius inſederat. Sed oīa ſubito Cęſaris impetu op
preſſa ſunt: prima Arimino ſigna cecinerūt. Tum pulſus Ethruria Libo/
Vmbria Thermꝰ: Domitiꝰ Corfinio. Et peractū erat bellū ſine ſanguine/
ſi Pompeiū Brunduſij opprimere/vt ceperat: potuiſſet. Sed ille per obſeſſi
clauſtra portus / nocturna fuga euaſit: turpe dictu: modo princeps patrū/ **Pompei fuga.**
pacis belliqꝫ moderator ꝑ triūphatū a ſe mare / lacerata & pene inermi naui
fugiebat. Nec Pompeius ab Italia: q̄ ſenatꝰ ab vrbe/fugat̃ prior/ quā pene
vacuam metu Cęſar ingreſſus: conſulē ſeipm̄ facit: erariū qꝫ ſanctū quod **Erarij direptio**
(quia tardius aperiebāt tribuni) iuſſit effringi / cenſumqꝫ & patrimonium
populi Ro. ante rapuit: q̄ imperiū. Pulſo fugatoqꝫ Pompeio / maluit prius
ordinare ꝓuintias: q̄ ipm̄ ſequi. Siciliā & Sardiniā annone pignora/ per le
gatos habet: nihil hoſtile erat in Gallia/pacē ip̄e fecerat. Sed ad Hiſpanięſes
Pompei exercitꝰ/ tranſeunti: per eā duci portas claudere auſa Maſſilia eſt:
Miſera dū cupit pacē/ belli metu/in bellū incidit. Sed quia tuti muris erant:
vinci eā ſibi iuſſit abſenti: Grecula ciuitas: nō ꝓ mollitia nōis/& vallū rum- **Maſſilia obſi-dio.**
pere / & incēdere machinas auſa/ & cōgredi nauibꝰ. Sed Brutus cui manda
tum erat bellū / victos terra mariqꝫ perdomuit. Mox dedentibꝰ ſeſe ablata
oīa / preterq̄ potiorē oībꝰ habebāt libertatē. Anceps: variūqꝫ & cruen-
tum in Hiſpania bellū: cū legatis Cnei Pompei Petreio & Affranio: quos
Ilerde caſtra habētes: apud Sycorin amnē obſidere/ & in oppido interclu-
dere aggredit̃. Interim ab inundatiōe verni fluminis cōmeatibꝰ ꝓhibet: ſic
famę caſtra tentata ſunt / obſeſſorqꝫ ipſe q̄ſi obſidebat̃. Sed vbi pax flumi-
nis redijt populationibꝰ & pugna campos aperuit. Iterū ferox inſtat / & ce- **Hiſpania citeri-**
dentes ad Celtiberiā ꝯſecutꝰ/ aggere & vallo/ & per hec ſiti ad deditionē cō **or et vlterior a Ceſare recipit̃.**
pulit: ſic citerior Hiſpania recepta eſt: nec vlterior morā fecit: q̄d em̄ vna
poſt quinqꝫ legiōes? Itaqꝫ vltro cedēte Varrone: Gades: fretū / oceanꝰ oīa
fęlicitatē Cęſaris ſequebāt̃. Aliq̄d tn̄ aduerſus abſentē ducē auſa fortuna eſt:
circa Illiricū & Affricā quaſi de induſtria proſpera eius aduerſis radiarent̃.
Quippe cū fauces Adriatici maris iuſſi occupare Dolobella & Anthoniꝰ:
ille Illirico: hic cretico littore caſtra poſuiſſent/iā maria late tenēte Pōpeio:
repēte legatꝰ eius Octauius Libo ingentibꝰ copijs claſſicorū vtrunqꝫ circū-
uenit deditionē fames extorſit Anthonio Miſſe qꝫ a Baſilio in auxiliū eiꝰ ra
tes: quales inopia nauiū fecerat / noua Pompeianorū arte cilicū: actis ſub
mare funibꝰ capte/quaſi per indaginē. duas tn̄ ęſtus explicuit/ vna q̄ opiter **Opiterginorū facinus.**

ginos ferebat in vadis heſit: memorandūq; poſteris exitū dedit. Quippe vix mille iuuenū manꝰ/ circūfuſi vndiq; exercitꝰ/per totū diē tela ſuſtinuit: & cū exitū virtus nō haberet: tn̄ ne in deditionē venirēt / hortante tribuno Vulteio mutuis ictibꝰ int̄ ſe ꝯcurrūt. In Affrica q̄ꝫ par & virtꝰ & calamitas Curionis fuit/ꝗ ad recipiendā ꝓuintiā miſſus pulſus fugatuſq;. Varro iam ſuperbꝰ: ſubitū Iube regis aduentū equitatūq; Maurorꝝ ſuſtinere nō potuit Patebat victo fuga/ ſed pudor ſuaſit/vt amiſſum ſua temeritate exercitum morte ſequeret̄. Sed iam debita par fortuna flagitāte: ſedē bello Pompeius

**Ceſar in Epyrum traijcit.** Epyron elegerat. Nec Cęſar moratꝰ. Quippe ordinatis a tergo om̄ibus/ quāuis hyems media ꝓhiberet tempeſtate / ad bellū nauigauit. poſitiſq; ad Oricū caſtris/cū pars exercitꝰ ob inopiā nauiū cū Anthonio dimiſſa Brundusij morā faceret/ adeo impatiēs erat/vt ad accerſendos eos/ ardēte ventis mari: nocte cōcubia / ſpeculatorio nauigio ſolꝰ ire tētauerit. Extat ad trepi

**Ceſaris conditiones.** dū tāto diſcrimine gubernatorē vox ipſiꝰ: ꝗd times? Cęſarē vehis. Cōtractis in vnū vndiq; om̄ibꝰ copijs/ poſitiſq; cominꝰ caſtris/ diuerſa erāt ducū ꝯſilia. Cęſar ꝓ natura ferox/ & cōficiēdę rei cupidꝰ/oſtētare aciē: ꝓuocare: laceſſere: nūc obſidione caſtrorꝝ: q̄ ſedecim miliū vallo obduxerat. Sed ꝗd his obeſſet obſidio? ꝗ patēte mari om̄ibus copijs abundarēt/ nūc expugnatione Dyrachij irrita. Quippe quā vel ſitus inexpugnabilē faceret / ad hoc aſſiduis in eruptionē hoſtiū prelijs. quo tp̄e egregia virtꝰ Sceue centurionis emicuit: cuiꝰ in ſcuto centū atq; viginti tela ſedere. Iam vero direptione vrbiū ſociarū cū Oricū & Gomphos: & alia caſtella Theſſalię vaſtarēt Pompeius aduerſus hec nectere moras/ tergiuerſari ſimul/ vt hoſtē interclusum vndiq;/inopia cōmeatuū terreret: vtq; ardētiſſimi ducis ꝯſeneſceret impetꝰ Nec diutiꝰ ꝓfuit duci ſalutare ꝯſiliū/ milites otiū/ ſocij morā/ principes ambitū ducis increpabāt. Sic precipitantibꝰ fatis bello ſuperata eſt Theſſalia /

**Copie q̄ i Theſſalia cōflixere.** & Philippicis campis: vrbis: imperij: gn̄is humani fata cōmiſſa ſūt. Nunq̄ vllo loco tm̄ viriū populi Ro. tm̄ dignitatis fortuna vidit. Trecēta amplius milia armatorū hinc & illinc preter auxilia regū & ſenatus. Nunq̄ imminētis ruinę manifeſtiora prodigia / fuga victimarū: examina / inſignes interdiu tenebrę/ dux ip̄e & nocturna imagine theatri ſui audiēs plauſum in modū planctꝰ circūſonare: & mane cū pullo amiculo: nephas/ apud principia cōſpectus eſt. Nunq̄ acrior neq; alacrior exercitꝰ Cęſaris fuit. Inde claſſica prius / inde tela: annotatū q̄ꝫ cōmittentis aciē Craſſini pilū. Qui mox adacto in os gladio: ſic inter cadauera repertꝰ / libidinē ac rabiem qua pugna

uerat / ipſa nouitate vulneris preferebat. Sed nec minus admirabilior illius exitus belli. Q uippe cum Pompeius adeo equitũ copia abundaret / vt facile circũuenturus ſibi Cęſarẽ videret circũuentus ipſe eſt. Nam cũ diu equo marte cõtenderet: iuſſuq; Pompei fuſus a cornu erupiſſet equitatus: repente hinc ſigno dato / Germanorũ cohortes tantũ in effuſos equites fecere impetũ / vt illi eſſe pedites / hi venire in equis viderent̃. Hanc ſtragẽ fugientis equitatus: leuis armaturę ruina comitata eſt / tunc terrore latius dato / turbantibus inuicẽ copijs / reliqua ſtrages quaſi vna manu facta eſt. Nec vlla res magis exitio fuit: q̃ ipſa exercitꝰ magnitudo. Multus in eo prelio Cęſar fuit / mediuſq; inter imperatorẽ & militẽ / voces q̃ꝫ ob equitantis excepte / altera cruenta / ſed docta & ad victoriã efficax / miles faciẽ feri: Altera ad iactationẽ cõpoſita / parce ciuibꝰ cum ipſe ſequeret̃. Fęlicẽ vtcunq; in malis Pompeiũ / ſi eadẽ ipm̃ q̃ exercitũ eius fortuna traxiſſet: ſuperſtites dignitatis ſue vixit / cũ maiore dedecore per Theſſalica tempe equo fugeret: pulſus hearis in deſerto Cilitię ſcopulo / fugã in Parthos / Affricã vel Aegyptum agitaret. Vt deniq; in Peluſio littore / imperio viliſſimi regis / ꝯſilijs ſpadonũ / & ne quid malis deſit / Septimij deſertoris ſui gladio trucidatꝰ / ſub oculis vxoris ſuę liberorũq; moreret̃. Q uis nõ peractũ eſſe cũ Pompeio crederet bellũ? Atqui acrius multo atq; vehemẽtius Theſſalici incẽdij cineres recaluere / & in Aegypto quidẽ aduerſus Cęſarẽ ſine partibꝰ bellũ. Q uippe cũ Ptolomeꝰ rex Alexãdrię / ſummũ ciuilis belli ſcelus peregiſſet / fęduſq; amicitię cũ Cęſare medio Põpei capite ſanxiſſet: vltionẽ clariſſimi viri manibꝰ querẽte fortuna: cauſa nõ defuit. Cleopatra regis ſoror affuſa Cęſaris genibꝰ / partẽ regni repoſcebat. Aderat puellę forma: et q̃ duplicaret̃ ex illo / ꝙ talis paſſa videbat̃ iniuriã / odio ipſiꝰ regis / ꝗ Pompei cedẽ partiũ fato: nõ Cęſari dederat / haud dubie idẽ in ipm̃ auſurꝰ ſi expediſſet. Q uã vbi Cęſar reſtitui iuſſit in regnũ / ſtatim ab eiſdẽ percuſſoribꝰ Pompei obſeſſus in regia: quãuis exigua manu / ingẽtis exercitꝰ molẽ mira virtute ſuſtinuit / ac primũ edifitiorũ proximorũ atq; naualiũ incẽdio infeſtorũ hoſtiũ tela ſubmouit. Mox pone inſulã Pharon ſubitꝰ euaſit. Inde depulſus in maria mira fęlicitate ad ꝓximã claſſem enatauit / relicto quidẽ in fluctibꝰ paludamẽto / ſeu fato / ſeu ꝯſilio / vt illud ingruẽtibus hoſtiũ telis ſaxiſq; peteret̃. Tũ receptus a claſſicis ſuis vndiq; ſimul hoſtes adortus / de imbelli ac perfida gente / iuſta gñi manibꝰ dedit. Q uippe & Theodotos magiſter / auctorq; totius belli / & ne virilia quidẽ portenta / Photinuſq; atq; Ganymedes diuerſa per

Pompei fuga.

Pompei interitus.

Theodotus.

Photinus.

mare: & tranſfuga & morte cōſumpti. Regis ipſius corpus obrutū in limo
repertū eſt in aureę lorice honore. In Aſia q̄ȝ nouus rerū motꝰ a Ponto pla=
ne/quaſi de induſtria captāte fortuna. Hunc Mithrydatico regno exitū/ vt
Celerrima de Pharnace victoria. a Pompeio pater: a Cęſare filius vinceret. Rex Pharnaces magis diſcordię
noſtrę fiducia q̄ virtutis ſuę/ infeſto in cappadociā agmine ruebat. Sed hūc
Cęſar aggreſſus vno: & (vt ſic dixerim) non toto prelio obtriuit/ more
fulminis/ quod vno eodemq́ȝ momento venit: percuſſit: abceſſit: Nec va
na de ſe predicatio eſt Cęſaris: ante victum hoſtem eſſe q̄ viſum. Sic cum
exteris. At in Affrica cum ciuibus multo atrocius q̄ in Pharſalia/ huc reli=
quias partium naufragio quidā furoris ęſtus: expulerat. Nec reliquias di=
ceres/ſed integrū bellū/ſparſe magis q̄ oppreſſe vires erant Auxerat ſacra=
mentū ipſa clades imperatoris: Nec degenerabat ducū ſucceſſio. Quippe
ſatis ample ſonabāt in Pompeiani noīs locū Catho & Scipio/ Acceſſit co=
pijs Mauritanius rex Iuba: videlicet vt latius vinceret Cæſar. Nihil ergo
inter Pharſaliā & Thapſon/ niſi ꝙ amplior eoq́ȝ acrior Cęſarianorū impe=
tus fuit/ indignantiū poſt Pompeiū creuiſſe bellū. deniq́ȝ ꝙ aliter nunq̄ an
te imperiū ducis ſua ſponte ſigna cecinerūt: ſtrages a iuba cępit/ & elephan
ti bellorū rudes: & nuper a ſilua/ cōſternati ſubito clangore: ſtatim & exer
Scipionis exitus. citus in fugā: & duces fortiꝰ: q̄ vt effugerēt. Non incōſpicua tñ morte oīm
iā Scipio naue fugiebat: & ad ſecutis hoſtibus gladiū per viſcera exegit/ &
Jube ꝛ Petrei interitꝰ. vbi eſſet quodā requirēte/reſpōdit hoc ipm: bñ ſe habet imperator. Iuba cū
ſe recepiſſet i regiā/ magnifice ępulatꝰ/ poſtero die cū Petreio fuge comite:
ſuperq́ȝ menſas & pocula interficiendū ſe ei prebuit/ ille & rei ſuffecit & ſibi.
Cū interim ſemeſi in medio cibi/& parētalia fercula regio ſimul romanoq́ȝ
ſanguine madebāt Catho nō interfuit bello/ poſitiſq́ȝ ad Bragadā caſtris:
Vticā velut altera Affricę clauſtra ſeruabat. ſed accepta partiū clade nihil
cunctatꝰ/ vt ſapiente dignū erat/ mortē etiā letus acciuit: Nam poſtq̄ filiū
comiteſq́ȝ ab amplexu dimiſit/ in nocte lecto ad lucernā Platonis libro: q
immortalitatē animę docet: paululū quieuit: tū circa primā vigiliā ſtricto
gladio reuelatū manu pectꝰ ſemel: iterūq́ȝ percuſſit. Auſi poſt hoc virū me
Catho in ꝓpria viſcera ſepeliuit mucronē. dici violare fomētis. Ille paſſus/ dū abſcederet reſcidit plagas/ ſecutaq́ȝ vis
ſanguinis moribūdas manꝰ in ipſo vulnere reliquit. Quaſi nō eſſet vſq̄ di
micatū: ſic arma rurſus & partes. Quātoq́ȝ Aphrica ſupra Theſſaliā fuit/ tā
to Aphricā ſuperabat Hiſpania plurimū/ quantū fauoris partibꝰ dabat fra
ternitas ducū: & ꝓ vno duos ſtare Pompeios. Itaq́ȝ nuſq̄ atrociꝰ: nec tam

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-164106-p0066-6

ancipiti marte cōcurſum eſt. Primū in ipſo hoſtio oceani Varrus Didiuſq;
legati cōflixere. Sed acrius fuit cū ipſo mari q̄ inter ſe nauibꝰ bellū. Siquidē Oceani ira.
velut furorē ciuiū caſtigaret oceanus / vtramq; claſſem naufragio cecidit.
Qui nā ille horror? cum eodē tpe fluctus: procelle: naues: armenta ꝓfli-
gerēt. Adde ſitus ipſius formidinē vergētia in vnum: hinc Hiſpanię / inde
Mauritanię littora: mare & inteſtinū: & externū imminētiſq; Herculis ſpe
culas / cū oīa vndiq; ſimul prelio & tēpeſtate ſeuirēt. Mox circa obſidiones
vrbiū vtrinq; diſcurſum eſt. Que miſere inter hos atq; illos duces ſocieta-
tis romanę pęnas dabāt. Omniū poſtrema certaminū Munda: hic nō pro Munda.
cętera fęlicitate / ſed anceps & diu triſte prelium / vt plane videretur neſcio
quid de libertate futura. Sane & ipſe ante aciē męſtior non ex more Cęſar
ſiue reſpectu fragilitatis humanę: ſiue nimiā ꝓſperorū ſuſpectā hn̄s cōtinu
ationē vel adeſſe timēs: poſtq̄ idē eſſe ceperat / q̄ Pompeiꝰ. Sed in ipſo pre
lio: q̄ nemo vnq̄ meminerat: cū diu pari marte acies nihil aliud q̄ occiderēt /
in medio ardore pugnantiū ſubito ingens inter vtroſq; ſilentiū q̄ſi cōueniſ-
ſent: hic oīm ſenſus erat / nouiſſime illud inuſitatū Cęſaris oculis nephas /
poſt. xiiij. annos ꝓbata veteranorū manus gradū retro dedit: q̄ etſi nondū
fugerat / apparebat tamē pudore magis: q̄ virtute reſiſtere. Itaq; ablegato
equo ſimilis furēti primā in aciē ꝓcurrit. Ibi prenſare fugiētes ꝯfirmare / ꝑ
totū deniq; agmē oculis: manibꝰ: clamore volitare. Dicit̄ in illa perturbati
one: & de extremis agitaſſe ſecū / & ita manifeſto vultu fuiſſe: q̄ſi occupare
manu mortē vellet / niſi q̄ cohortes hoſtiū q̄nq; ꝑ trāſuerſam aciē actę: quas
Labienꝰ periclitātibus caſtris preſidio miſerat: ſpeciē fugę p̄buiſſent / hoc
aut & ipſe credidit: aut dux callidꝰ attribuit in occaſionē & q̄ſi fugientē in-
uectus / ſimul & ſuorū erexit anīos / & hoſtes perculit. Nā hi dū ſe putāt vin
cere fortius ſequi / inde Pompeiani dū fugere credūt ſuos fugere ceperunt.
Quāta fuerit hoſtiū cedes / ira rabieſq; victoribꝰ / ſic eſtimari poteſt. Hoc
a prelio ꝓfugi cū ſe Mundā recepiſſent / & Cęſar obſideri ſtatim victos im
peraſſet / cōgeſtus cadaueribꝰ agger effectus eſt que pilis iaculiſq; confixa
inter ſe tenebant̄. Fędū etiā inter barbaros ſed videlicet deſperantibꝰ Pom
pei liberis: Cneū prelio profugū crure ſaucio / deſerta & auia petentē Ce- Pompeioꝝ fra
nonius apud Lauronē oppidū cōſecutꝰ: pugnantē nondū deſperantē inter trꝝ alter occidit̄
fecit. Sextū fortuna ī Celtiberia interim abſcōdit / aliiſq; poſt Cęſarē bellis
reſeruauit. Cęſar in patriā victor inuehitur: Primū de Gallia triumphum
trāſmiſerat Rhenus: Rhodanꝰ / & ex auro captiuus Oceanꝰ. Altera Laurꝰ

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-164106-p0067-2

Aegyptia / tunc in ferculis Nilus / Arſione / & ad ſimulachrū igniū ardens
Pharus. Tertius de Pharnace currus / & Ponto. Quartꝰ iubā & Mauros /
& bis ſubactā oſtēdebat Hiſpaniā: Pharſalia & Tharſos & Munda nuſq̄:
& quāto maiora erant de quibꝰ nō triumphabat. Hic aliq̄n finis armis fuit.
Reliqua pax incruēta penſatūqꝫ clemētia bellū / nemo ceſus imperio preter
Affraniū: cui ſatis ignouerat ſemel: & Fauſtū Syllā / didicerat generoſum
Ceſaris hono res. timere: filiāqꝫ Pompei cū patruelibꝰ ex illa hic poſteris cauebat̄. Itaqꝫ non
ingratis ciuibꝰ / oīes vnū in principē cōgeſti honores / circa templa imagi
nes / in theatro diſtincta radijs corona / ſuggeſtus in curia / faſtigiū in do⸗
mo / menſis in cęlo. Ad hoc pater ipſe patrię perpetuuſqꝫ dictator. Nouiſſi
me / dubiū an ipſo volēte / oblata ꝓ roſtris ab Anthonio cōſule regni inſig
nia. Que oīa velut infulę in deſtinatā morti victimā cōgerebant̄. Quippe
clementiā principis vicit inuidia / grauiſqꝫ erat liberis ipſa beneficiorū po⸗
tentia. Nec diutius dilatio donata eſt. Sed Brutus & Caſſius alijqꝫ patricij
ꝯſenſerūt in cedē principis / quāta vis fati? manauerat late cōiuratio / libellꝰ
etiā Cęſari datus eodē die: nec periclitare centū victimis potuerat / venit in
curiā tn̄ expeditionē Parthicā meditās / ibi in curuli ſedentē eum ſenatus in
Ceſaris interitꝰ uaſit / tribuſqꝫ & viginti vulneribꝰ ad terrā datus eſt. Sic ille qui terrarū or⸗
bē ciuili ſanguine impleuerat: tandē ipſe ſanguine ſuo curiā impleuit.

## CESAR AVGVSTVS.

p Opulus Romanus Cęſare & Pompeio trucidatis: redijſſe in ſtatū
priſtinę libertatis videbat̄: & redierat / niſi aut Pompeius liberos /
aut Cęſar heredē reliquiſſet / vel q̊d vtroqꝫ pernitioſius fuit / ſi non collega
quondā mox emulus Cęſarianę potētię / fax & turbo ſequētis ſeculi ſuper⸗
fuiſſet Anthonius. Quippe dū Sextus paterna repetit / trepidatū toto ma⸗
ri: dum Octauius mortē patris vlciſcit̄ / iterū fuit mouēda Theſſalia / dum
Anthonīꝰ variꝰ ingenio aut ſucceſſorē Cęſarē indignat̄ Octauiū / aut amo
re Cleopatre deſciſcit in regē: nā aliter ſaluus eſſe nō potuit / niſi cōfugiſſet
ad ſeruitutē Gratulandū tamen in tanta perturbatione eſt / ꝙ potiſſimū ad
Octauiū Cęſarē Auguſtū ſumma rerū redijt: qui ſapiētia ſua atqꝫ ſolertia:
perculſum vndiqꝫ ac perturbatū ordinauit imperij corpus: q̊d ita haud du
bie nunq̄ coire & ꝯſentire potuiſſet: niſi vnius preſidis nutu quaſi anima &
mente regeret̄ Marco Anthonio & publio Dolobella conſulibus: imperiū
romanū iam ad Cęſares transferēte fortuna / varios et multiplex motus ci
uitatis fuit: quodqꝫ in annua cęli cōuerſione fieri ſolet / vt mota ſidera tonēt

ac ſuo flexu tempeſtates ſignificēt: Sic cū romanę dn̄ationis.i. humani generis conuerſione penitus intremuit / om̄iq; genere diſcriminū / ciuilibus / terreſtribus / ac naualibus bellis om̄e imperij corpus agitatū eſt.

## BELLVM MVTINENSE.

p Rima ciuiliū motuū cauſa teſtamentū Cęſaris fuit: cuius ſecundus heres Anthonius prelatū ſibi Octauiū furēs / inexpiabile cōtra adoptionē acerrimi iuuenis ſuſceperat bellū. Quippe cū intra decē & octo annos tenerū & obnoxiū & oportunū iniurię iuuenē videret / ipſe plene ex cōmilitio Cęſaris dignitatē laceraret furijs hereditatē / ip̄m inſectari ꝓbris & cunctis artib⁹ / cooptationē Iulię gētis cū inhibere nō deſineret. Deniq; ad deprimendū iuuenē palā arma moliri / & parato exercitu in Ciſalpina Gallia inſiſtentē motibus ſuis Deciū Brutū obſidebat. Octauius Cęſar ętate & iniuria fauorabilis et noīs maieſtate / quod ſibi indueratReuocatis ad arma veteranis: priuatus ( quis crederet ) conſulē aggredit̄: obſidione Mutinę liberat Brutū: Anthoniū exuit caſtris. Tum quidē etiā manu pulcher apparuit / Nam cruentus & ſaucius aquilam a moriente ſignifero traditam / ſuis humeris in caſtra referebat. Pulchrum Auguſti facinus.

## BELLVM PERVSINVM.

a Lterū bellū cōcitauit agrorū diuiſio / quos Cęſar veteranis in caſtris pretiū milite pſoluebat: ſemꝑ aliter Anthonij peſſimū ingeniū / Fuluia gladio cincta virilis militię vxor agitabat: ergo depulſos agris colonos incitādo iterū in arma ierat. Hic vero iam nō priuatis / ſed totius ſenatus ſuffragijs iudicatū hoſtē Cęſar aggreſſus / intra Peruſię muros redegit: Peruſia fames cōpulitq; ad extrema deditionis turpi & nihil nō experta famę.

## TRIVMVIRATVS.

c Vm ſolus etiā grauis paci: grauis reip. eſſet Anthonius quaſi ignis incēdio Lepidus acceſſit. quid: cōtra duos exercit⁹ / neceſſe fuit venire in cruentiſſimi fęderis ſocietatē: diuerſa oīm vota incēdia Lepidū diuitiarū cupidū: quarū ſpes ex turbatiōe reip. Anthoniū vltiones de eis qui ſe hoſtē iudicaſſent. Cęſarē inultus pater & manib⁹ ictus graues Caſſius & Brutus agitabāt. In hoc velut fędus pax inter tres duces cōponit̄: apud fluentes inter Mutinā & Bononiā iungūt manus & exercit⁹ cōſalutant. Nullo bono more triumuirat⁹ inuadit̄ / oppreſſaq; ab his reſp. redijt Syllana proſcriptio / cuius atrocitas nihil in ſe minus habet q̄ numerū.c.xl. ſenatorū. exitus fędos / truces: miſerabiles toto terrarū orbe fugientiū pro quib⁹ quis

Uide ne diuerſa oim nota incidia ſit legēdū

pro indignitate rei nō ingemiſcat? cum Anthonius Cęſarē auunculū ſuū / Lepidus Luciū Paulū ſuū fratrē proſcripſerit Romę capita ceſorū proponere in roſtris iam vſitatū erat. Verū ſic q̄ʒ ciuitas lachrymas tenere nō potuit / cū reſciſſum Ciceronis caput in illis ſuis roſtris videret / nec aliter ad videndū eū : q̄ ſolebat ad audiendum concurreret. Hec ſcelera in Anthonij Lepidiq̄ʒ tabulis. Cęſar percuſſoribus patris contentus fuit. Hec q̄ʒ niſi vlta fuiſſet / etiam iuſta cedes haberetur.

## BELLVM CASSII ET BRVTI.

b Rutus & Caſſius ſic Cęſarē quaſi Tarquiniū regē depuliſſe regno
videbant̄. Sed libertatē quā maxime reſtitutā voluerunt / illo ipſo
parricidio perdidere. Igit̄ cede pfecta : cū veteranos Cęſaris nec immerito
timerēt : ſtatim curia in capitoliū cōfugerāt. Nec illis ad vltionē deerat ani-
mus : ſed ducē nō habebāt. Igit̄ cū appareret / q̄ ſtrages reip. immineret. diſ-
plicuit vltio cū conſulis abolitione decreta. Ne tamē publici doloris oculos
ferrēt : in ꝓuintias ab illo ipſo quē occiderāt Cęſare datas / Syriā & Mace-
doniā ꝯceſſerāt. Sic vindicta Cęſaris dilata potius q̄ oppreſſa eſt. Igit̄ ordi
nata magis vt poterat / q̄ʒ vt decebat in triūuiros reſpublica : relicto ad vr-
bis preſidiū Lepido / Cęſar cū Anthonio in Caſſiū Brutūq̄ʒ ſuccingit̄. Illi
cōparatis ingentibꝰ copijs / eandē illā : que fatalis Cneo Pompeio fuit / ha
Primū ꝓdigiū — renā inſederāt. Sed nec tum imminētia cladis deſtinatę ſigna latuere. Nam
& aſſuete cadauerū pabulo volucres / caſtra quaſi iam ſua circumuolabant.
Secundū. — In aciem prodeuntibꝰ obuius ęthiops nimis aperte ferale ſignū fuit. Ipſiq̄ʒ
Tertiū. — Bruto per noctem cū illato lumine ex more aliqua ſecum agitaret : atra que
dā ymago ſe obtulit. Et que eſſet interrogata / tuꝰ inquit malus Genius / hoc
dixit & ſub oculis mirātis euanuit. Par in meliora preſagio in Cęſaris caſ-
Atten. de medico Cęſaris. — tris oīa / aues victimeq̄ʒ ꝓmiſerant. Sed nihil preſentiꝰ : q̄ Cęſaris medicus
ſomnio admonitꝰ : vt Cęſar caſtris excederet / quibꝰ capi imminebat / vt
factū eſt : Acie namq̄ʒ cōmiſſa cū pari ardore aliquādiu dimicatū foret / Et
quāuis duces nō eſſent tūc preſentes : cū alterū corporis ęgritudo / illū metꝰ
& ignauia ſubduxiſſent / ſtaret tn̄ pro partibꝰ inuicta fortuna / & vltoris : &
Philippenſes pugne anceps fortuna. — qui vindicabat̄. Primū adeo anceps fuit : & par vtrūq̄ʒ diſcrimē / vt exitus
prelij docuit. Capta ſunt hinc Cęſaris caſtra : inde Caſſij. Sed quāto efficati
or eſt fortuna q̄ virtus? & q̄ verū eſt : vbi oriēs afflauit nō reſidet in verbo :
tn̄ eſſe virtutē. Victoriā illi prelio error dedit. Caſſius inclinato cornu ſuo
rū / cū captis Cęſaris caſtris rapido impetu recipientes ſe equites videret /

fugere arbitratꝰ euadit in tumulū. Inde puluere & ſtrepitu etiā nocte vicina eximentibꝰ geſtę rei ſenſum. Cū ſpeculator ꝗ̃ in id miſſus tardiꝰ renunciaret/ tranſactū de partibꝰ ratꝰ: vni ex ꝓximis auferendū ꝓbuit caput. Brutꝰ cū in Caſſio etiā ſuū animū perdidiſſet/ ne quid ex cōſtituti fide reſignaret. Ita em̄ par ſupereſſe bello cōuenerat. Ipſe ꝗ̃ vni comitū ſuorū cōfodiendū prebuit latus. Quis ſapiētiſſimos viros nō miret? ad vltimū nō ſuis manibꝰ vſos/ niſi hoc ꝗ̃ ex pſuaſione nō defuit. ne violarēt manꝰ: ſed in oblatiōe ſanctiſſimarū pientiſſimarūq; aīarū iudicio ſuo: ſcelere alieno vterent̄.

Caſſij interitus
Bruti interitus

## BELLVM CVM SEXTO POMPEIO.

s Vblatis percuſſoribꝰ Cęſaris: ſuperat Pompei domus / Alter iuuenū in Hiſpania occiderat / alter fuga euaſerat: contractiſq; infęlicis belli reliquijs. Cū inſuper ergaſcula armaſſet: Siciliā Sardiniāq; habebat / iam & claſſe mediū mare inſederat. O ꝗ̃ diuerſus a patre: ille cilicas extinxerat: hic ſecū pyratas nauales agitaret. Tāta mole belli penitꝰ in Siculo freto iuuenis oppreſſus eſt. Magniq; famam ducis ad inferos ſecū tuliſſet: ſi nihil tentaſſet vlteriꝰ: nihil niſi ꝙd magne indolis ſignū eſt: ſperare ſemper. Perditis em̄ rebꝰ profugit: Aſiāq; velis petit: venturꝰ ibi in manꝰ hoſtiū: & cathenas / & quod miſerrimū eſt fortibꝰ viris / ad hoſtiū arbitriū ſub percuſſore moriturus. Non alia poſt Xerxen miſerabilior fuga / quippe modo trecentarū quinquaginta nauiū dominus: cum ſex ſeptemue fugiebat / extincto pretorię nauis lumine / anulis in mare abiectis / pauēs atq; reſpectās: & tñ non timens ne periret.

Sexti Pompei exitus.

## BELLVM PARTHICVM.

s Vb Venditio quāuis in Caſſio & Bruto partes ſuſtuliſſet: in Pompeio totū partiū nomē aboleſſet / nondū tñ ad pacis ſtabilitatē ꝓfecerat Cęſar / cū ſcopulus & nodꝰ & in ora publicę ſecuritatis ſupereſſet Anthoniꝰ / nec ille defuit. vitijs quin periret / immo oīa expertꝰ vnus ambitu & luxuria / primū hoſtes / deinde ciues: tandē etiā terrę ſeculū liberauit. Parthi clade Craſſiana altiꝰ aīos erexerāt / ciuileſq; populi Romani diſcordias leti acceperāt. Itaq; vt prima affulſit occaſio nō dubitauerūt erumpere / vltro quidē inuitāte Labieno / qui miſſus a Caſſio Brutoq; (qui furor ſcelerū?) ſollicitauerat hoſtes in auxiliū / & illi Pacaro duce regio iuuene diſſipāt Anthoniana preſidia. Caſcha legatꝰ ne veniret in poteſtatē a gladio ſuo impetrauit. Deniq; ablata Syria / manauit latius malū / hoſtibꝰ ſub Auxilij ſpecie ſibi vincentibꝰ / Niſi Ventidius & hinc legatꝰ Anthonij incredibili fęlicitate: & Labieni copias / ipſumq; Pacorū / & oēm Parthicū equitatū toto inter

Parthoꝝ eruptio.

Orontem & Euphratem ſinu late cecidiſſet. Viginti amplius milium fuit. Nec ſine cõſilio ducis / qui ſimulato metu/adeo paſſus eſt caſtris ſuccedere: donec aſſumpto iactus ſpacio/ adimeret vſum ſagittarũ. Rex fortiſſime dimicãs cecidit : mox circũlato eius ꝑ vrbes / que deſciuerãt capte : Syria ſine bello recepta : Sic Craſſianã cladẽ Pacori cede penſauimus.

## BELLVM PARTHICVM CVM ANTHONIO.

e Xpertis inuicẽ Parthis atq; Romanis / cum Craſſus atq; Pacorus vtrinq; viriũ mutuarũ documẽta feciſſent/ pari rurſus reuerẽtia integrata amicitia / & quidẽ ab ipſo fędus Anthonio cũ rege percuſſum. Sed immenſa vanitas hoĩs / cũ titulorũ cupidine Araxẽ & Euphratẽ ſub imaginibus ſuis labi cõcupiſſet/ neq; cauſa / nec cõſilio/ ac ne imaginaria quidem belli cõditione / quaſi hoc quoq; ex arte ducis eſſet: obrepere / relicta repe-

Partica fraus.

tente Syria: in Parthos impetũ facit: gens preter armorũ fiduciã / ſimulat trepidationẽ / & in campos fugã. Hic ſtatim quaſi victor ſequebat̃ / cũ ſubito nec magna hoſtiũ man⁹ ex improuiſo etiã infeſſos via ſub veſpere velut niuibus erupit / & miſſis vndiq; ſagittis duas legiones operuerũt. Nihil acciderat in cõparationẽ cladis/ q̃ in poſterũ diẽ imminebat/ niſi interueniſſet deũ miſeratio/ vn⁹ ex clade Craſſiana/ Parthico habitu/ caſtris adequitat/ & ſalute latine data / cũ fidẽ ipſe feciſſet / q̇d immineret edocuit: iã affuturũ cũ oĩbus copijs regem / irent retro / peterentq; montes. ſic quoq; hoſtem fortaſſe nõ defore: atq; ita ſecuta eſt minor vis hoſtiũ/ q̃ imminebat. Adfuit tamẽ: deleteq; relique copie forent / niſi vrgentib⁹ telis in modũ grandinis quadã ſorte quaſi docte ꝓcubuiſſent in genua milites / & elatis ſuper capita ſcutis / ceſorũ ſpeciẽ prebuiſſent/ tum Parthus arcus inhibuit: deinde Romani cũ ſe rurſus extuliſſent / adeo res miraculo fuit / vt vnus ex barbaris miſerit vocẽ. Ite & bene valete Romani / merito vos victores fama gentiũ loquit̃: qui Parthorũ tela fugiſtis. Non minor ex aqua poſtea/ q̃ ab hoſtibus excepta clades / infeſta primũ ſiti regio / tum quibuſdã Salmacidis flu-

Noxie aque.

uius infeſtior/ nouiſſimeq; cum iam ab inualidis & auide hauriebat̃ / noxie etiã dulces fuere. Mox & ardores per Armeniã / & niues per Cappadociã / & vtriuſq; cęli ſubita mutatio pro peſtilẽtia fuit. Sic vix tertia parte de.xv. legionibus: reliqua cum argentũ paſſim dolabris cõcideret/ & ſubinde inter moras mortẽ a gladiatore ſuo flagitaſſet / egregius imperator tandem profugit in Syriã: vbi incredibili quadã mentis vecordia ferotior aliquanto factus eſt / quaſi viciſſet qui euaſerat.

## BELLVM CVM ANTHONIO ET CLEOPATRA.

f Vror Anthonij quaten⁹ per ambitũ nõ interiret/& luxu & libidine
extinct⁹ eſt. Quippe poſt Parthos: cũ exoſus arma/in otio ageret:
captus amore Cleopatrę: quaſi bene geſtis reb⁹ in regio ſe ſinu reficiebat.
Hęc mulier Aegyptia ab ebrio imperatore pretiũ Libidinũ Romanũ im-
perium petit/& promiſit Anthonius: quaſi facilior eſſet Partho Roman⁹.
Igitur dominationẽ parare (nec tacite/ſed patrię nois togę: faſciũ oblitus)
totus vt monſtrũ illud/vt mente ita animo q̃ꝫ cultuq̃ꝫ deſciuerat. Aureũ in
manu baculũ ad latus/& in acie purpurea veſtis: ingentib⁹ obſtricta gem
mis: diadema aderat vt regina rex ipſe frueret̃. Ad primũ nouorũ motuũ
famã Cęſar a Brundusio traiecerat/vt venienti bello occurreret/poſitiſq̃ꝫ Attẽ. cultus in Anthonio.
caſtris in Epyro ad Leucadã inſulã/monteq̃ꝫ Leucatẽ/& Ambratij ſinus
cornua infeſta claſſe ſuccinxerat. Nobis. cccc. amplius naues. cc. nõ minus
hoſtiũ/ſed numerum magnitudo penſabat. Quippe a ſenis in nouenos re Atten. numero ſum ordinem in manib⁹ Anthonij.
morũ ordinibus: ad hec turribus atq̃ꝫ tabulatis alleuate caſtellorũ & vrbiũ
ſpecie/nõ ſine gemitu maris & labore ventorũ ferebant̃/q̃ quidẽ ipſa moles
exitio fuit. Cęſaris naues a triremib⁹ in ſenos/nec ampli⁹: ordines creuerãt.
Itaq̃ꝫ habiles in oĩa/que vſus poſcebat/ad impetus & recurſus/flexuſq̃ꝫ ca
piendos. Illas graues & ad oĩa prepeditas: ſingulas plures adorte. miſſili
bus ſimul: tum roſtris ad hoc ignibus iactis ad arbitrium diſſipauere. Nec
vlla re magis hoſtilium copiarũ apparuit magnitudo/q̃ poſt victoriam.
Quippe immenſa claſſis naufragio belli facto toto mari ferebat̃/Arabũq̃ꝫ
& Sabeorũ/& mille aliarũ gentiũ Aſię ſpolia/purpuram aurũq̃ꝫ/in ripam
aſſidue mota ventis maria reuomebãt. Prima dux fuge regina/cum aurea
puppe/veloq̃ꝫ purpureo ſe in altũ dedit. Mox ſecutus Anthonius: ſed inſta
re veſtigijs Cęſar. Itaq̃ꝫ nec preparata in oceanũ fuga/nec munita preſidijs
vtraq̃ꝫ Aegypti cornua Parethoniũ atq̃ꝫ Peluſiũ profuere/prope manu te
nebant̃/prior ferrũ occupauit Anthonius. Regina ad pedes Cęſaris prouo- Anthonij & Cleopatre exitus.
luta tentauit oculos ducis fruſtra. Nam pulchritudo intra pudicitiã princi
pis fuit. Nec illa de vita/q̃ offerebat̃/ſed de parte regni laborabat. Quod
vbi deſperauit a principe/ſeruariq̃ꝫ ſe triumpho vidit/incautiorẽ nacta cuſ
todiã in mauſeolũ ſe (ſepulchra regũ ſic vocãt) recipit. Ibi maximos/vt ſo
lebat induta cultus/in differto odorib⁹ ſolio iuxta ſuũ ſe collocauit Antho
nium/admotiſq̃ꝫ ad venas ſerpẽtibus/ſic morte quaſi ſomno ſoluta eſt.

h Ic finis armorũ ciuiliũ. Reliqua aduerſus exteras gẽtes: q̃ deſtricto

circa mala ſua imperio / diuerſis orbis oris emicabant. Noua quippe pax /
nec dū aſſuetę frenis ſeruitutis tumidę gentiū inflateqꝫ ceruices ab impoſito
nuper iugo reſiliebāt. Ad ſeptentrionē cōuerſa ferme plaga ferotiꝰ agebat

Bellū Alpinū.

Norici: Illirij: Pannonij: Dalmate: Meſi: Thraces: & Daci: Sarmate atqꝫ
Germani. Noricis aníos dabāt alpes atqꝫ niues. ꝙ bellū nō poſſet aſcēdere.
Sed oēs illius cardinis populos Brennos: Senones: atqꝫ Vindelicos / per
priuignū ſuū Claudiū Druſum pacauit. Que fuit callidarū gentiū feritas
facile vel mulieres oſtendere / que deficientibus telis / inſantes ipſos afflic-

Bellū Illiricū.

tos humo: in ora militū aduerſa miſerūt. Illirij quoqꝫ ſub alpibus agūt /
imaſqꝫ valles earū / & quedam quaſi clauſtra cuſtodiūt / abruptis torrenti-
bus implicati. In hos expeditionem ipē ſumpſit / fieriqꝫ pontem imperauit.
Hic ſe & aquis & hoſte turbantibus / cunctanti ad aſcenſum militi ſcutū de
manu rapuit / & inuia primus / tunc agmine ſecuto cū Illiricus multitudine
pontē ſuccidiſſet / ſaucius manibꝰ ac cruribus ſpecioſiore ſanguine / & ipſo

Bellū Pannonicum.

periculo auguſtior / terga hoſtium precidit. Pannonij duobus ſaltibus /
ac tribus fluuijs / Drauo / Sauo / Hiſtroqꝫ vallant̄ / populati proximos in-
tra ripas ſe recipiebāt. In hos domandos Vibiū miſit. ceſi ſunt in vtriſqꝫ flu
minibꝰ: arma victorū non ex more belli cremata ſed capta ſunt / & in pro-

Bellū Dalmaticum.

fluentes data / vt cęteris qui reſiſtebant victoria ſic nunciaret̄. Dalmate
plerūqꝫ ſub ſiluis agūt / in latrocinia promptiſſimi. Hos iam quidē Marciꝰ
incenſa vrbe Deliuinio / quaſi detrūcauerat. Poſtea Aſinius Pollio gregibꝰ
armis agris mulctauerat. Hic ſecūdus orator. Sed Auguſtus perdomādos
Vibio mandat / qui efferū genus fodere terras coegit / aurūqꝫ venis repur-
gare / ꝙ alioquin gens oīm cupidiſſima ſtudioſa diligētia acquirit. vt illud

Meſi.

in vſus ſuos ſeruare videat̄. Meſi q̄ feri: q̄ truces fuerint: q̄ ipſoꝝ etiam
barbari barbaroꝝ horribile dictu eſt. Vnꝰ ducū ante aciē poſtulato ſilētio.
Qui vos inqt eſtis? Reſpōſum inuicē Romani gentiū dn̄i: Et illi: ita inqui
unt fiet / ſi nos viceritis. Accepit omē Martiꝰ Craſſus. Illi ſtatim ante aciem
imolato equo cōcepere votū: vt ceſorū extis ducū & litarēt & veſcerentur.
Deos audiſſe crediderim / nec tubā ſuſtinere potuerūt. Non minimū terro
ris incuſſit barbaris Chonidiꝰ centurio ſatis barbarie efficacis tn̄ apud pa-
res hoīes ſtoliditatis / qui poculū gerēs ſup caſſidē ſuſcitatā motu corporis

Thraces.

flammā velut ardēti capite fundebat. Ante hos Thracū maximꝰ populꝰ
deſciuerat: ille barbarus: & ſignis militaribꝰ: & diſciplina armis etiā roma
nis aſſueuerat. Sed a Piſone perdomiti: in ipſa captiuitate rabiē oſtendere /

quippe cū cathenas morſib⁹ tentarēt / feritatē ſuā ipſi puniebāt. Daci mō tibus inherēt/Cotiſonis regis imperio/ quotiēs cōcretus imperio Danubi⁹ vinxerat ripas decurrere ſolebāt/ & vicina populari: viſum eſt Cęſari Auguſto gentē aditu difficillimā ſubmouere. Miſſo igit̄ Lentulo vltra vlteriorem repulit ripā / citra preſidia cōſtituit. Sic tunc Dacia nō victa / ſed ſummota atq; dilata eſt. Sarmate patentib⁹ campis inquietāt/ & hos per eundem Lentulū prohibere Danubio ſatis fuit/nihil preter niues raraſq; ſiluas habent / tanta barbaria eſt / vt pacem non intelligāt.

Daci.
Cotiſo rex.

## BELLVM GERMANICVM.

g Ermaniā q̄; vtinā vincere tanti nō putaſſet / magis turpiter amiſſa eſt / q̄ glorioſe acquiſita / ſed quatenus ſciebat patrē ſuū Cęſarē bis tranſuectū pontē Rheno queſiſſe bellū. In illius honorē cōcupijt facere prouintiā / & factū erat / ſi barbari tā vitia noſtra / q̄ imperia ferre potuiſſent. Miſſus in eā ꝓuintiā Druſus/primos domuit Vſipetes/inde cęteros percurrit & Tactos. Nam Marcomannorū ſpolijs inſignib⁹ quendā editū tumulū in trophei modū excoluit. Inde validiſſimas natiōes Cheruſcos: Sueuos: & Sicambros pariter aggreſſus eſt. Qui.xx. centurionib⁹ incrematis hoc velut ſacramēto ſumpſerāt bellū. Adeo certa victorię ſpe / vt predā in anticeſſum pactione diuiſerint Cheruſci equos / Sueui aurū & argentū / Sicambri captiuos elegerāt/ ſed oīa retrorſum. Victor nāq; Druſus / equos: pecora/ torques eorū/ ipſoſq; preda diuiſit & vēdidit. Pręterea in tutelā ꝓuintię preſidia atq; cuſtodias vbiq; diſpoſuit. Per Moſam flumē/per Albim: per Viſurgiā/ per Rheni quidē ripā quinquaginta ampli⁹ caſtella direxit. Bonā & Genoſiā cū pontib⁹ iunxit/ claſſibuſq; firmauit. Inuiſum atq; inacceſſum in id tps Hirciniū ſaltum patefecit. ea deniq; in Germania pax erat: vt mutati hoīes alia terra cęlū ipm̄ miti⁹ q̄ aſſueuerāt: molliuſq; ſolito videret̄. Deniq; nō per adulationē ſed ex meritis defuncto ibi fortiſſimo iuuene / ipi ꝙ nunq̄ alteri ſenat⁹ cognomē ex ꝓuintia dedit. Sed difficilius eſt ꝓuintias obtinere: q̄ facere / virib⁹ parant̄ / iure retinent̄: Igit̄ breue id gaudiū fuit. Quippe Germani victi magis q̄ domiti erant / moreſq; noſtros: magis q̄ arma ſub imperatore Druſo ſuſcipiebant. Poſtq̄ ille defunctus eſt Vari Quintilij libidinē ac ſuperbiā: haud ſecus / q̄ ſęuitiā odiſſe cęperūt. Auſus ille agere ꝯuentū & in caſtris ſe direxerat/q̄ſi violentiā barbaroꝝ & lictoris virgis: & preconis voce poſſet inhibere. At illi qui iam pridē rubigine oblitos enſes / inerteſq; cernerēt equos / vt primum togas & ſęuiora armis iura

Germani rebellant.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-164106-p0075-6

Quintilij Vari et triū legionū cedes.

viderūt: duce Armiuio arma corripiūt. Cum interim tāta erat Varo pacis
fiducia: vt ne ꝑdita per Segeſtū vnū ducū coniuratiōe cōmoueret. Itaq͡ꝫ im
prouidū / & nihil tale metuentē / improuiſo adorti / cū ille (o ſecuritas) ad
tribunal citaret / vndiq͡ꝫ inuadūt / caſtra rapiūt / tres legiones opprimunt.
Varus perditas res / eodē quo Cannenſem diē Paulus & fato eſt & animo
ſecutus. Nihil illa cede per paludes / perq͡ꝫ ſiluas cruētius / nihil inſultatione
barbarorū intollerātius / precipue tn̄ in cauſarū patronos: alijs oculos: alijs
manus amputabant: vnius os ſutū reciſa prius lingua / quā in manu tenens
barbarus / tandē inquit / vipera ſibilare deſiſte. Ipſius quoq͡ꝫ ꝯſulis corpus /
quod militū pietas humi abdiderat / effoſſum. Signa & aquilas duas adhuc
& barbari poſſidēt / tertiā ſignifer priuſq̄ in manus hoſtiū venit & euulſit /
merſamq͡ꝫ intra baltei ſui latebras gerēs in cruēta palude ſic latuit. hac Cla-
de factū / vt imperiū q̄d in littore oceani nō ſteterat / in ripa Rheni fluminis
ſtaret. Hec ad ſeptentrionē. Sub meridiano tumultuatū magis q̄ bellatū

Getulici cognomen.

eſt Muſulamas atq͡ꝫ Getulos accolas Syrtiū Coſſo duce cōpeſcuit / vnde illi
Getulici cognomen / latius victoria patet Marmaridas atq͡ꝫ Garamantas
Turinio ſubigēdos dedit. Potuit & ille redire Marmaricus / ſed modeſtior
ineſtimāda victoria fuit. Ad orientē plus negotij cū Armenis: huc alterꝫ
Ceſar ex nepotibꝰ ſuis miſit. Ambo fato breues / ſed alter inglorius. Maſſi

Caius in Licia perijt.

lię quippe Lutius morbo ſoluit. In Licia Caius ex vulnere / cū Armeniā ad
Parthos ſe ſubtrahentē recipit. Armenios victo rege Tigrane in hoc vnū
ſeruitutis genus Pompeius aſſueuerat / vt rectores a nobis acciperēt. Inter-
miſſum ergo ius / per hunc recuperatū nō incruēto nec inulto tamen certa-
mine. Quippe Donnes quē rex Artaxatis prefecerat / ſimulata proditio-
ne adortus virum intentū libello / quē vt theſaurorū rationē continentē ipſe
porrexerat / ſtrictus ac recreatꝰ ex vulnere in tempus ceterū: barbarus vn
diq͡ꝫ infeſto exercitu / oppreſſus gladio & pira in quā ſe percuſſus immiſit /
ſuperſtiti etiā Ceſari ſatiſfecit. Sub occaſu pacata fere erat omnis Hiſpa-
nia / niſi q̄ Pyrenei deſinentis ſcopulis inherentē citerior alluebat oceanus.
Hic due validiſſimę gentes Cantabri & Aſtures / immanes imperij agita-

Cantabricū bellum.

bant. Cantabrorū & peior & altior / & magis pertinax in rebellando ani-
mus fuit. Qui nō contenti libertatē ſuam defendere / proximis etiā imperi
tare tentabāt / Vacceoſq͡ꝫ & Eurinogos & Aurigonas crebris incurſionibꝰ
fatigabant. In hos igitur quia vehementius agere nunciabat / nō mandata
expeditio / ſed ſumpta eſt / ipſe venit / Sagiſamā caſtra poſuit / inde partito

exercitu totam in diem amplexus Cantabriã efferã gentẽ ritu ferarũ/quaſi indagine debellabat. Nec ab oceano quies: cum infeſta claſſe ipſa quoq; terga hoſtium cederent̄. Primum aduerſus Cantabros ſub mœnibus Belgice preliatus eſt. Hinc fuga in eminentiſſimũ Vinnium mõtem: qua maria prius oceani? q̃ arma romana aſcenſura eſſe crediderat. Tertio Arracillum oppidum magna vi repugnat: captum tamẽ poſtremo fuit/ Medulli montis obſidio / quẽ perpetua.xv. miliũ paſſuum foſſa comprehenſum cinxit/ vndiq; ſimul adeunte romano. Poſtq̃ extrema barbari vidẽt/ certatim igne ferro inter ępulas venenoq; ( q̄d ibi vulgo ex arboribus taxis exprimit̄) percepere mortẽ: ſeq; pars maior a captiuitate: que videbat̄ / vindicauere. Hec per Antiſtium Firmum & Agrippam legatos hybernans in Tarraconis maritimis Cęſar accepit: ipſe preſens hos deduxit montibus / hos obſidibus adſtrinxit / hos ſub corona iure belli vendidit. Digna res lauro / digna curru/ ſenatui viſa eſt/ & Cęſar tant⁹ erat/vt poſſet triũphos cõtemnere.

Aſtures per idem tempus ingenti agmine a montibus ſuis deſcenderãt / nec temere ſumptus/ vt barbaris impares: & poſitis caſtris apud Aſturam flumen trifariã: diuiſo agmine/ tria ſimul romanorũ caſtra aggredi parãt: fuiſſet anceps & cruentum / & vtinam mutua clade certamen: tunc tam fortibus: etiã ſubito / tam cũ conſilio venientib⁹ / niſi Drigecini prodidiſſent: a quibus premonitus Cariſius / cum exercitu aduenięs oppreſſiſſet cõſilia. Sic tamẽ quoq; non incruento certamine/ reliquias fuſi exercitus validiſſimi/ciuitas Lancea excepit: Vbi loci adeo certatũ eſt/ vt cũ in captam vrbẽ faſces poſcerent̄. Aegrę dux impetrauit veniã / vt victorię Romanę ſtans potius eſſet q̃ incenſa monumentũ. Hic finis Auguſto bellicorũ certaminum fuit. Idem rebellandi finis Hiſpanię: certa mox fides & ęterna pax / cum ipſorũ ingenio in pacis partes promptior / & cum cõſilio Cęſaris / qui fidutiam montiũ timens / in quos ſe recipiebant / caſtra ſua/ ſed que in plano erant / habitare & incolere iuſſit: ingentis eſſe conſilium illud obſeruari caput. Natura regionis circa ſe omnis aurifera/ minĳq; & chryſocolle & aliorũ colorũ ferax. Igit̄ exerceri ſolũ iuſſit: ſic Aſtures vt latẽtes in profundo opes ſuas atq; diuitias/ dum alĳs querunt noſſe cœperunt. Omnibus ad occaſum & meridiem pacatis gentibus / ad ſeptentrionẽ quoq; dumtaxat intra Rhenũ atq; Danubiũ / Item ad orientem intra Eurũ & Euphratem/ Nili quoq; reliqui qui immunes imperĳ erant / ſentiebant tamẽ magnitudinẽ: & victoriam gentium populi Romani reuerebãtur. Nam & Schyte

Aſtures.

Pacant̄ nouiſſime Hiſpani.

Schytarum et Sarmatarum legati.

miſere legatos / & Sarmate, amicitiam petentes: Seres eñ habitanteſqꝫ ſub ipſo ſole / Indi cum gemmis & margaritis / elephãtos quoqꝫ inter munera trahentes / nihil magis q̄ longinquitatẽ vię imputabãt / quadrienniũ imple-uerant / & tamẽ ipſe hominũ color ab alio venire ſole fatebat̃. Parthi quoqꝫ quaſi victorię ptineret / rapta clade Craſſiana vltro ſigna retulere. Sic vbi-qꝫ cuncta atqꝫ cõtinua totius gñis humani / aut pax fuit: aut pactio. Auſuſqꝫ tandẽ Cęſar Auguſtus ſeptingenteſimo ab vrbe cõdita anno geminũ clau-dere / bis ante ſe clauſum / ſub Numa rege / & victa primum Carthagine. Hinc cõuerſus ad pacẽ pronũ in omnia mala & in luxuriã fluens ſeculũ gra-uibus ſeueriſqꝫ legibus multis coercuit. Ob hec tot facta ingentia dictator perpetuus / & pater patrię. Tractatũ etiã in ſenatu / an quia cõdidiſſet impe-riũ Romulus vocaret̃. Sed ſanctius & reuerẽtius viſum eſt nomẽ Auguſti / vt iam dum colit terras: ipſo nomine & titulo conſecraret̃.

Attẽ. qꝫ remotꝫ terris legati romã venerint.

**Impreſſum Liptzk per Iacobum Thanner.**
Anno domini Milleſimo quingente-ſimodecimoſexto.



## L.FLORI EPITOMATVM QVATTVOR LIBRORVM TABVLA.


### LIBRO PRIMO.

| | |
|---|---|
| De Septem regibus. | i |
| Romulus | i |
| Numa Pompilius | i |
| Tullus Hoſtilius | ij |
| Ancus Marcius | ij |
| Tarquinius Priſcus | ij |
| Seruius Tullius | ij |
| Tarquinius Superbus | ij |
| Anacephaleoſis regum. | iij |
| De Mutatione reip. | iij |
| A Regibus ad Conſules | |
| Bellū Ethruſcū cū rege Porſenna | iij |
| Bellum Latinum | iiij |
| Bellū Faliſcū & cū Fidenatibus | iiij |
| Bellum Gallicum | iiij |
| Bellum Latinum ſecundum | v |
| Bellum Sabinum | v |
| Bellum Samniticum | v |
| Bellū Ethruſcū Samniticum | vi |
| Bellū Tarentinū & cū Pyrrho rege. | vi |
| Bellum Picente | vij |
| Salentinum Bellum | vij |
| Bellum Vulſinenſe | vij |
| De ſeditionibus plebis a ſenatu | vij |

### LIBRO SECVNDO.

| | |
|---|---|
| Bellum Punicum primum | viij |
| Bellum Liguricum | ix |
| Bellum Gallicum | x |
| Bellum Illiricum | x |
| Bellum Punicum ſecundū | x |
| Bellum Macedonicū primū | xij |
| Bellum Syriacum | xiij |
| Bellum Aetholicum | xiij |
| Bellum Hiſtricum | xiij |
| Bellum Gallogrecum | xiiij |
| Bellum Macedonicū ſecundū | xiiij |
| Bellum Illiricum | xiiij |
| Bellum Macedonicū tertium | xiiij |
| Bellum Punicum tertium | xiiij |
| Bellum Achaicum | xv |
| Bellum Hiſpanicum | xv |
| Bellum Numantinum | xvi |
| Bellum Aſiaticum | xvij |

### LIBRO TERTIO.

| | |
|---|---|
| Bellum Iugurthinum | xvij |
| Bellum Allobrogicum | xviij |
| Bellum Cymbricū & Teutonicū | xviij |
| Bellum Thracium | xix |
| Bellum Mithrydaticum | xix |
| Bellum Pyraticum | xx |
| Bellum Creticum | xxi |
| Bellum Balearicum | xxi |
| Bellum Cypriacum | xxi |
| Bellum Gallicum | xxi |
| Bellum Parthicum | xxij |
| Anacephaleoſis | xxiij |
| De legibus Gracchanis | xxiij |
| Seditio Tiberij Gracchi | xxiij |
| Seditio Caij Gracchi | xxiiij |
| Seditio Apuleiana | xxiiij |
| Seditio Druſiana | xxiiij |
| Bellum Sociale | xxiiij |
| Bellum Seruile | xxv |
| Bellum Spartacum | xxv |
| Bellum ciuile Marianum | xxvi |
| Bellum Sertorianum | xxvij |
| Bellum ciuile ſub Lepido | xxvij |

### LIBRO QVARTO.

| | |
|---|---|
| Bellum Catilinarium | xxvij |
| Bellum Cęſaris & Pompei | xxviij |
| Laudes Auguſti | xxxi |
| Bellum Mutinenſe | xxxij |
| Bellum Peruſinum | xxxij |
| Bellum Triumuiratus | xxxij |
| Bellum Caſſij & Bruti | xxxij |
| Bellum Sexti Pompei | xxxiij |
| Bellum Parthicū cum Craſſo | xxxiij |
| Bellum Parthicū cum Anthonio | xxxiij |
| Bellū cū Anthonio & Cleopatra | xxxiiij |
| Alpinum bellum | xxxiiij |
| Illiricum bellum | xxxiiij |
| Pannonicum bellum | xxxiiij |
| Dalmaticum bellum | xxxiiij |
| Bellum in Meſia | xxxiiij |
| Bellum in Thratia | xxxiiij |
| Bellum in Dacia | xxxv |
| Germanicum bellum | xxxv |
| Armeniacum bellum | xxxv |
| Cantabricum bellum | xxxv |
| Bellum Indicum. | xxxvi |


FINIS.


Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-164106-p0079-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-164106-p0080-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-164106-p0081-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-164106-p0082-5

180184
(X2204669)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-164106-p0083-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-164106-p0084-6

# Lucij Annei Flori Illuſtris

hiſtoriographi Epitomata quattuor: qui-
bus ſcite collegit: que bella Populus Romanus domi foriſq;
geſſit: quibus viris & artibus imperiū peperit: & par
tū auxit: & auctum ad ſummū faſtigiū: ſuis vi-
ribus euertit: & euerſum tandē per Cę-
ſarem Auguſtū ſublimius erexit.

AD LECTOREM.

Quāuis contingas annoſum Neſtoris ęuum
Tithoni vincas ſecula longa ſenex
Tu tamen imprudens dicere puer niſi noris
Que prius acta ſient q̄ tua Clotho foret
Quo ſapias igitur puerilis inertia ceſſet
Martigenę gentis prodita geſta legas.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-164106-p0085-1